



i16886264

~~23. v. 2. 3.~~



| | |
|--------------------------|----|
| BIBLIOTECA HOSPITAL K... | |
| GR. NAD/ | |
| Sala: | B |
| L. | 1 |
| Num. | 10 |

3074

190to - S. 4.

I. W. 141

S



OPVS
CHRONOLOGICVM
 ANNORVM SERIEM.
 REGNORVM MVTATIONES,
 & rerum toto orbe gestarum
 narrationem, à Mundi exordio
 ad annum vsq; Christi 1617
 complectens.

Curis secundis auctum & recognitum.

AUCTORE

R. P. IACOBO GORDONO
 Lesmoreo Scoto, Societatis
 I E S V Doctore
 Theologo.

de Belen de Granada
Reliqua dat sequens pagina.



AVGVSTORITI PICTONVM,
 Ex officina Antonij Mesnerij Regis & Academiae
 Typographi. M. DC XVII.

Cum Privilegio Regis.



BEATISSIMO
SANCTISSIMOQUE
PATRI
PAVLO QVINTO
PONTIFICI MAXIMO.

Solenne multis est, magnisque huius seculi viris, Beatissime Pater, qui lucubrationes suas angusto tuo nomini inscribunt, Praefatione fateri; minorem esse operis dignitatem, quam quod mereatur sub tuo nomine in lucem prodire. Na quidem illi de se recte, suaque tenuitate sentire videntur. Felices tamen hoc saltem nomine, quod eum nacti sint operis patronum, in quo suprema potestas cum singulari clementia ita coniuncta est; ut qui orbis Christiani res maximas gerit, minimas etiam, si Christianae sint, libenter admittat. Dat se in lucem sub tuis auspicijs, si id admittis, haec temporum ratio ab orbe condito, ac demum à Christo Pötificum capite, ad tuam usque Tiaram brevissimè consignata. opus planè exiguum, & quod, si cum amplissimi nominis tui dignitate componatur, plurimum etiam decrescet. Sed tamen in quo pleraque Christiani nominis plena; de Christo, de Christianâ Ecclesiâ, quam moderaris, deque hac tua Sede Apostolica, quam potui perspicua breuitate dantur in medium. Ac ut ea, qua de Regibus, rebusque publicis & politicis ex professo narrantur, nunc quidem recensere omittam; hic insuper à sacris Christi incunabulis nouo sumpto initio; incrementa Ecclesiae ex prostratis potentissimis hostibus nata, suo ordine in conspectum veniunt. Hic sub sanctissimis Pontificibus, maximis tuis decessoribus sacrosancta Concilia asseruntur, refutantur adulterina. Hic haereses quotquot extiterunt, infelicia inferorum monstrata, quantum patitur

EPISTOLÆ.

instituta breuitas redarguuntur. Ac demum (quod te solet pro zelo tuo plurimum oblectare) hic maximorum Principum, summorumque Imperatorum frequens ad Christiana sacra ab idolis conuersio: frequens abiuratio hæresi, ad veræ Ecclesiæ gremium optatissimus describitur reditus. Sed admiranda imprimis, & sanè diuina in his elucebit prouidentia, quæ militantem hanc Ecclesiæ, continuato per tot secula petita bello, non conseruauit solum, sed supra humanam expectationem auxit quoque, uerso sæpè in amicum hoste, sæpè in protectore potentem. Hæc quanta potentia celo? quanta etiam hic apparebit, cum aliorum, tum maximorum Pontificum gloria, quorum pijs & diuturnis laboribus, illius diuinæ prouidentia excellentibus instrumentis, ingens facta est ad Ecclesiæ accessio. Quanta demum maiorum laboribus coronidem, tuus hic Pontificatus adiecerit, si id hic libenter non audis, concludet ex instituto hæc Chronologia. Sed quando in hac nostra tempora incidit oratio, quibus tu Pontifex uerè magne, quæ zelo, quæ consilijs, alijsque rationibus non cessas in Ecclesiæ Dei tibi commissæ, collabentis adificij sarcire ruinas: unum hic addam, quod tibi & ante purpuram tuam semper cordi fuit; & nunc excidisse in hoc pontificatu nullo modo potest. Excellens planè & sublime opus, huic tuæ Apostolicæ prouidentia, ut sperare licet, diuinitus reseruatum. Supplex ad te manus tedit misera Britannia, à 40 & amplius annis sub infaustra hæresi omnino captiua; regnum quondam religione conspicuum; Regibus ueræ fidei DEFENSORIBUS illustre; & præter alia, insigni erga Apostolicam Sedem reuerentia nobilitatum, nunc, pro dolor, his destitutum Christianis ornamentis, quot prioribus seculis protulit insignes Christianos, tot nunc dat ueri Christiani nominis hostes insensissimos. Ingentia quidem sunt illa, quæ maiorum industriâ, & uigilantia narrantur, antea actis seculis ab hac Sede Apostolica peracta. Sed illi fortiter sua tolerauerunt tempora, monstra tunc nata domuerunt, & pro illâ aetate officio perfuncti sunt egregie. Noua alit monstra hoc seculum, hæc Britannia: nouos postulat labores, nouo & immortalis premio donandos. Tu quidem B. P. uti omnes norunt; & inter Purpuratos, & nunc quoque Purpuratorum Ecclesiæ Princeps, iusta zeli Apostolici hac in parte argumenta dedisti. Testis, quæ ad te Scotia patrem & Meccenatem, toties confugit Britannorum exulum nume-

EPISTOLÆ.

rosa multitudo sed nihil actum putant infelices Britanni; quandiu illis liber religionis cultus denegatur. ô si te Pontifice maximo Deus immortalis; non armis, non bello aut sanguine; sed singulari tuâ industria tanto bono dignaretur Ecclesiam: si tibi magno Pontifici hanc coronam reſeruatam ostenderet, inſigne laudis tuæ monumentum transmittendū ad poſteros. Non eſt certè quorūcūque & inſimorum hominum hic conatus, hoc arduum opera pretium, hæc gloria. A te ſolum poſt Deum expectant hiftoriarum conditores, rei præclariffima felicem exitum, quem ad poſteros æterna memoria ſub tuis auſpicijs transmittant. Sit ſanè ſcriptoribus, tuum tuorumque nomen implorantibus, ſolenne hoc deinceps dedicationis argumentum: ſit familiæ tuæ perenne encomium: Pontificatus tui teſſera hæc, & inſcriptio ſempiterna, PAVLO V PONT. MAXIMO RESTITUTA DEO ET ECCLESIAE BRITANNIA. Deus opt. max. hanc voluntatem, tibi à multis iam annis diuinitus iniectam adiuet, expleatque, & te Eccleſiæ ſuæ diutiſſimè ſeruet incolumen.





QUAE HOC TOMO PRÆORE
Continentur.

Chronologia à conditu orbis ad Christū, ubi ad singulos annos, curis secundis accesserunt res eo tempore gestæ. Consules porro à Palilibus. Ac demum notatæ Olympiades tum expansæ, tum etiam cōtractæ in suis quadriennijs.

Pars tomi huius altera, quæstiones per aliquot capita explicat, quibus annorum ratio, quam prior continebat, prolixius asseritur. hæc habes cap. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. & 18.

Historiarum ab orbe condito ad Christum synopsis ὀικυμίνων. Cap. 2. 4. 6. 8. 10. 12. 14. 16. & 18.

De anni ratione varia, & sæpi⁹ in suis embolismis emendata, cap. 19.

Chronologicæ tabulæ variæ. prima Patriarcharum, usque ad diluuium, cap. 3. Secunda regum & magistratum Atheniensium cap. 18. Tertia Eratosthenis, recognita, cap. 18. Quarta de rebus Alexandri, cap. 15. Quinta de regibus Seleucidarum post Alexandrum, cap. 17. Sexta de rebus Machab. cap. 16. Septima de rebus Augusti, cap. 18. item de primorum imperatorum familijs, ibid. alia de bissexto & annis Iulianis, cap. 19. Octaua de initijs Græcæ & Romanæ Chronologiæ cap. 18. append. Nona de variarum nationum mensibus, cap. 17.

De modo legendi historicos; quid item singuli scripserint, & quo ordine iuxta seriem temporis legendi, cap. 20.

Indices tres, qui extant in fine huius tomi prioris.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

PHYSICS DEPARTMENT

5712 S. UNIVERSITY AVE.

CHICAGO, ILL. 60637

TEL: 773-936-3700

FAX: 773-936-3701

WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

LIBRARY@PHYSICS.UCHICAGO.EDU

PHYSICS DEPARTMENT

5712 S. UNIVERSITY AVE.

CHICAGO, ILL. 60637

TEL: 773-936-3700

FAX: 773-936-3701

WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

LIBRARY@PHYSICS.UCHICAGO.EDU

PHYSICS DEPARTMENT

5712 S. UNIVERSITY AVE.

CHICAGO, ILL. 60637

TEL: 773-936-3700

FAX: 773-936-3701

WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

LIBRARY@PHYSICS.UCHICAGO.EDU



E M P T O R I.

Nè te fallat specie nouæ editionis Bibliopola, veterem vllam suam & adulterinam substituens; en tibi veram, & quam tu etiam à deprauata facillè distingues: habet enim in priore tomo, ascriptos in margine consules, olympiadas, & annos vrbis. habet in posteriore (præter aliarum rerum accessionem) prolegomena impensè aucta, & tabulis illustrata. Denique cùm aliæ editiones, attingāt solum annum 1613: hæc ad annum christi 1617 protractam habet Chronologiam. atque hæc quidem accesserunt post primam operis editionem; præter alia passim in vtroque tomo addita; & interdū etiam immutata; siue ob errata Typographi, siue aliunde. Sanè prior tomus totus penè alius est: & græcæ ac latinæ historiæ accessione, multis vt spero utilis futurus. nouo denique & copioso indice locupletatus. Posterior præter eius initium & finem, vt iam commemorauī; excreuit etiam plurimum in medio opere, cætera tu operis lectione facillè intelliges.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE HISTORY OF THE UNITED STATES

OF THE UNITED STATES OF AMERICA
FROM THE EARLIEST PERIODS TO THE PRESENT
BY CHARLES A. BEAUPRE
VOLUME I
THE EARLY PERIODS
FROM THE DISCOVERY OF AMERICA TO THE END OF THE SEVENTEENTH CENTURY
NEW YORK: THE UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS, 1900



CHRONOLOGIA

A CONDITV ORBIS VSQVE

AD CHRISTVM.

QUOD primum sese offert in hoc opere plurimum iam aucto & recognito; anni sunt expansi, & κατὰ πλάτος dati in medium. Sed quos magis explicatos adhuc dabunt questionum quæ subsequuntur capita. Annos merè Chronologicos, hoc est, ex quibus solis, ^a & in unum collectis, periodorum calculus ineundus est, sepositos hic vides in extremo margine. In his vero orbis annis (quos explicatos voco) subducendis à conditu mundi ad Diluuium, sequor Hebræorum codicum numeros, posthabito 70. interpretum calculo. Cur id fiat, habes ex qq. c. 3. Caterum si primæ, aut etiam insequentis periodi annos nudè tantum propositos videas, nihil est quod mireris. Habent enim illi obscurissima tēpora. Et vt fabulosa quæ narrari solent pleraque, omitto; sanè præter ea quæ qq. c. 2. & 3. de rebus eo tempore gestis commemorabo; præterque simplicem annorum seriem quam hic subiicio; vix occurrebat, in quo possit tutò Chronologi versari industria. Certiora sunt illa, & ampliora longè, quæ à primis Iphiti annis, ac Palilibus gesta referuntur: idque nullo anno intermisso. A quo etiam tempore, iuxta eas quas sequor Epochas, habes orbis annos cum ipsis rebus gestis, & orbis annis compositos. Adieci porro (ne quid ad Chronologiam numeris suis absolutam desiderari videatur) Consules, & Olympiadis ubique annum: atque eum, tum expansum; tum etiam, solenni scriptorum more, suis inclusum quadriennijs. ^b Nec plura hoc loco de priori hoc operis Tomo. Nam quæ sit optima ratio colligendi hos annos, & ineundi rationem temporum; cur in ijs colligendis tātoperè inter se Chronologi dissentiant; quis Chronologiæ modus omnium optimus sit, & siquid aliud similis argumenti requiras, id totum Quæstionum capite primo sub finem habes, pro instituti nostri ratione satis, vt spero, indicatum.

^a
Vide qq. c.
3 num. 2.

^b
Vide an.
327.

PERIODVS PRIM A

annorum 1656.

| | | | |
|-------|----------------------|--|------|
| I. | Adam creatur. | Adam mortalium primum, in ipso seculorum initio, à Deo cum vn iuersa orbis huius mole conditum testatur sacra historia. Et quamuis quæ his primis à mudi cõditu sæculis cõtigerunt, obscura sint, nec habeant ^r scriptores Mose antiquiores; qualis tamen tunc fuerit reipub. status, quæ religio, quæ artes, ciuitates aut etiam bella, docebit qq. caput secundum; quatum vel ex Mose, vel ex prudenti coniectura colligi potest. Quò etiam imprimis spectant quæ ex scriptura habemus de paradiso terrestri, de legibus à Deo datis, & legis prima transgressione. | |
| I. | | Inter filios Adam qui primi recensentur à Mose sunt Cain & Abel. Hic occisus à fratre est, ille vero ad hanc Patriarcharum seriem quam hic vides nõ pertinet. Cæterum dubium non est quin ad Dei Ecclesiã pertinuerit Adam. Cur tamen ab hoc Abel cœpisse dicatur Ecclesia, vide qq. c. 2. nu 8. | |
| I. | | ADAM cum genuit Seth, erat 130. annorum. Vixit autem annis 930. <i>Genes. 5. vers. 3. 5.</i> | 130. |
| 130. | Seth nascitur. | SETH cum genuit Enos erat 165. annorum, & vixit annis 912. <i>Genes. c. 5. vers. 6. 8.</i> | 150. |
| | | Hic natorum, & descendentium nepotum series proponitur illa tantum quæ post Seth, est ab Enos, qui veræ religionis tenacior fuit, omissa vt iam dixi altera, quæ est à Cain. | |
| 235. | Enos nascitur. | ENOS cum genuit Cainam, erat annorum 90. vixit annis 905. <i>Genes. cap. 5. vers. 11.</i> | 90. |
| 325. | Cainam nascitur. | CAINAM cum genuit Malalael, fuit annorum 70. vixit annis 910. <i>Genes. cap. 5. vers. 14.</i> | 70. |
| | | Alius est Cainam post diluuium, authore D. Ducã insertus numero patrum illius periodi, de quo postea. | |
| 395. | Malalael nascitur. | MALALEEL cum genuit Jared, annos habebat 65. vixit annis 895. <i>Genes. c. 5. vers. 17.</i> | 65. |
| 460. | Jared nascitur. | JARED cum genuit Enoch, annorum erat 162. vixit annis 962. <i>Genes. cap. 5. vers. 20.</i> | 162. |
| | | Enoch ambulasse scribitur cum Deo <i>Genes. 4. cap. 24. & ad Hebræos cap. 11.</i> dicitur translatus ne videret mortem. | |
| 622. | Enoch nascitur. | ENOCH, cum genuit Mathusalem, erat annorum 65. vixit annis. 365. <i>Genes. 5. vers. 23.</i> | 65. |
| 687. | Mathusalem nascitur. | MATHUSALEM, cum genuit Lamech, erat annorum 187. vixit annis 969. saltem inchoatis. <i>Genes. 5. vers. 27.</i> obiit anno ante Diluuium, vel etiam eodem anno, cum nondum cœpisset Diluuium, quodd fortè cœpit mense Nouembri. <i>qq. c. 2. n. 10. & c. 5. n. 2.</i> | 187. |
| 874. | Lamech nascitur. | LAMECH, cum genuit Noe, erat annorum 182. vixit annis 777. <i>Genes. 5. vers. 28. 31.</i> pauciores dant Septuaginta Interpretes. | 182. |
| 930. | | Adam moritur anno 56. vitæ Lamech. Hinc habemus Traditione conseruatam ab initio doctrinam, quam Lamech ab Adamo (cum quo vixit) acceptam, tradidit Noe filio, & Sem nepoti, de religione, rebusque diuinis. | |
| 987. | | ENOCH viuens translatus est, anno post mortem Adam 57. cum adhuc viuerent alij Parres. <i>Genes. 5. vers. 24.</i> | |
| 1042. | | SETH moritur annis 55. post translatum Enoch. <i>Genes. 5. vers. 8.</i> | |
| 1056. | Noe nascitur. | NOE, filius Lamech tempore Diluuij erat annorum 600. <i>ex Genes. 7. vers. 6.</i> Vixit autem post Diluuium annis 350. quare omnino vixit annis 950. <i>Genes. 9. vers. 28.</i> vixit 28. annis cum Abrahamo. <i>Vide 2006.</i> Noe, cum genuit Sem, erat annorum 502. quem genuit 98. annis ante Diluuium. <i>vt patet, subductis annis ex Genes. 11. vers. 10. vide qq. c. 3. in fine.</i> | 600. |
| 1558. | Sem nascitur. | Est hic annus 98. ante Diluuium, quo Sem nascitur, Sem verò erit 100. annorum, cum gignet Arphaxad, biennio post Diluuium. <i>Genes. 11. vers. 10.</i> Et vixit omnino annis 600. <i>Ibid. qq. c. 6. n. 3.</i> | |

| Annimundi. | Patriarcha. | 4 | PERIODVS | Annis Chronologicis. |
|--|-------------------------------------|--------|--|----------------------|
| 1656. | | | DILUVIUM Noëticum in hunc Mundi annum incidit, <i>de quo in qq.c. 1. n. 8. & c. 5. initio.</i> Colligitur hic annorum numerus ex Chronologicis annis iam notatis. Et res describitur <i>Genes. 7. & 8.</i> An verò coeperit mense Nouembri. <i>qq.c. 5. n. 2.</i> | |
| PERIODVS SECVNDA, <i>annorum 322. qq.c. quinto.</i> | | | | |
| 1658. | Arphaxad nascitur. | | ARPHAXAD filius Sem nascitur biennio post Diluuiū, <i>ex Genes. 11. vers. 10.</i> quando autem genuit Cainam, <i>ex 70. Interpret.</i> erat annorū 35. vixit verò omnino annis 438. <i>Genes. 11. vers. 12. 13.</i> | 35. |
| 1693. | Cainan nascitur, secundus scilicet. | | CAINAN, cum genuit Sale, erat annorum 30. vixit omnino annis 360. Hunc infero ex coniuncta autoritate <i>Luca, & 70. Interpret. Genes. 11.</i> de quare <i>in qq. cap. 5.</i> hic est Cainan minor. | 30. |
| 1723. | Sale nascitur. | | SALE, cum genuit Heber, erat 30. annorum. <i>Genes. 11. vers. 14.</i> Vixit autem omnino annis 433 <i>ibidem.</i> | 30. |
| 1753. | Heber nascitur. | | HEBER, cum genuit Phaleg, erat 34. annorum. Vixit omnino annis 464. <i>Genes. 11. vers. 16.</i> In huius familia seruata est lingua Hebræa. | 34. |
| 1787. | Phaleg nascitur. | | PHALEG, cum genuit Reu, erat 30. annorum. Vixit autem annis 239. <i>Genes. 11. vers. 18.</i> In hunc annum, aut circiter, incidit confusio linguarum, scilicet annis 83. ante regnum Bel. <i>qq. cap. 4. num. 9. & cap. 5. nu. 9.</i> vbi de Regnorum prima origine. | 30. |
| 1817. | Reu nascitur. | | REU genuit Sarug cum esset 32. annorum. Vixitque omnino annis 239. <i>Genes. 11. vers. 20.</i> | 32. |
| 1849. | Sarug nascitur. | | SARUG, cum genuit Nachor, erat 30. annorum. Vixit annis 230. <i>Genes. 11. vers. 22.</i> | 30. |
| REGNI BABYLONICI INITIVM, <i>unde postea Assyry.</i> | | | | |
| 1870. | | Belus. | Hoc anno Belus, seu vt aliqui putant, Nembrod (<i>de quo Gen. cap. 10. vers. 8.</i>) inchoauit regnum Babylonicum: vnde postea Assyriorum Monarchia. Inchoauit, inquam, annis 65. ante Nini regnum: tot enim annis regnavit Belus, <i>vide qq. c. 4 & 5. num. 9. 10. & deinceps.</i> | |
| 1879. | Nachor nascitur. | | NACHOR, cum genuit Thare erat 29. annorum. Vixitque omnino annis 148. <i>Genes. 11. vers. 24.</i> | 29. |
| SICYONII. | | | | |
| 1908. Secvniorem regnum. | | | SICYONIORVM regnum nunc exoritur, primo rege Ægialeo. <i>qq. c. 6. nu. 6. ibi Arcades. qq. cap. 4. nu. 6.</i> regio postea Peloponesus dicta. | |
| 1908. | Thare nascitur. | | THARE, cum genuit Abraham, erat 70. annorum. Vixit annis 205. <i>Genes. 11. vers. 26. & 32. & qq. c. 5. num. 8.</i> | 70. |
| ASSYRIORVM INITIVM. | | | | |
| 1935. | | Ninus. | NINVS hoc anno ædificauit Niniuen, & inchoauit Monarchiam Assyriorum. <i>qq. c. 4. & 5.</i> Annus hic est 43. ante ortum Abrahæ. Regnavit Ninus annis 52. scilicet vsque ad Semiramidis regnum, <i>de quo infra anno 1987 & 2029.</i> | |
| PERIODVS TERTIA, <i>annorum 505. qq. cap. septimo.</i> | | | | |
| 1978. | Abraham nascitur. | | Nascitur Abraham in Vr Chaldæorum vrbe. <i>Genes. 11. vers. 26. 28.</i> cum verò genuit Isaac filium ex Sara, erat 100. annorum. <i>Genes. 21. vers. 5.</i> Vixit omnino annis 175. hoc est 75. annis cum filio, imò & 15. ex illis annis cum nepote Iacob. <i>habetur Genes. 25. vers. 7.</i> de eius peregrinatione & vita, <i>vide qq. cap. 6. initio, & cap. 5. nu. 8.</i> natum Abraham notauit Scaliger anno 31 Beluchi 9. Regis Assyri. sed ille insolitam dedit fedem his Regibus. <i>qq. cap. 5. num. 12.</i> | 100. |

TERTIA.

Anni Chronologici.

DYNASTIAE AEGYPTI.

| Anni mundi. | Patriar-cha. | Affyrioris Reges. |
|-------------|-----------------|-------------------|
| 1978. | | |
| 1987 | 9 | Semiramis. |
| 1988 | 10 | |
| 2000 | 22 | |
| 2006 | 28 | |
| 2029 | 51 | Zames |
| 2053 | 75 | |
| 2060 | 82 | |
| 2064 | 86 | |
| 2067 | 89 | Arius |
| 2070 | 92 | |
| 2077 | 99 | |
| 2078 | Isaac nascitur. | |
| 2097 | 19 | Aralius |
| 2105 | 27 | |
| 2118 | 40 | |
| 2137 | | Xerxes |
| 2138 | Jacob nascitur | |

Anno isto ortus Abrahæ ponitur regnum Ægyptiorum: de cuius tamé initio, & Dynastijs antiquioribus vide qq. cap. 6. & iã quidē cœpit Dynastia illa apud Ægyptios, dicta ab Eusebio 16. & Thebæorum. Durat annis 190. Scilicet vsque ad Pastores, de quibus anno 2168. Vide Eusebium, & qq. cap. 4. Idem cap. 6. num. 7. Alij volunt hanc 16. Dynastiam esse etiam Pastorum.

SEMIRAMIS Afcalonita, vxor Nini, marito mortuo imperat Affyrijs annis 42. ex Iustino, & qq. cap. 4. & 6. Scythicum regnum à Naudero, & alijs quibusdam circa hæc tempora inchoatum ponitur. Sed res est incerta. qq. cap. 6.

SARA hoc anno 10. Abrahæ nascitur, quæ vixit annis 127. Gen. 23. quare obiit anno Mundi 2115.

Bis mille anni cōpleti sunt à Creatione, hoc anno 22. ætatis Abrahæ.

NOE hoc anno Mundi moritur, hoc est anno post Diluuium 350. Gen. 9. ver. 28. 29. ac proinde anno ætatis Abrahæ 28.

ZAMES Ninyas 3 est Rex Affyrici Regni, inchoati à Nino, anno 1935. & continuati in Semiramide anno 1987. Fuit hic filius Semiramidis, Regnat annis 38. Euseb.

Annus hic 75. ABRAHÆ, est annus ille, quo contigit profectio eius ex Vr vrbe, natali solo, in Haram; inde in terram Chanaan, & insuper quo facta est illi prima promissio. Vide qq. c. 7. & c. 5. nu. 8. in fine. Varias Abrahæ factas promissiones, lege ibidem c. 5. Ab hac autem i. promissione ad Exodum sunt anni 430. qq. c. 7. Vide 2483.

Circa hunc annum; profligatis 4. Regibus, Abraham dat decimas Melchisedecho: nam anno ætatis 75. venit in terram Chanaan, vr vrbe: anno deinde 10 duxit ancillam Agar. Genes. 16. vers. 3. inter quæ duo tempora accidit illa oblatio, & victoria. Genes. 14. Pererius ibidem rem totam prolixè explicat.

ISMAELEM iam nasci, colligitur ex Genes. 16. vers. 3. & 4. & ex precedente §.

ARIUS Affyriorum Rex quartus à Nino, quintus à Belo, regnat annis 30. Thuras à Suida dicitur; Arius verò, id est, Mars, quòd bello acer esset.

Mariana Histor. Hispan. lib. 1. cap. 12. suspicatur, circa hæc tempora Geryones, primos reges Hispaniæ, & Herculem Lybium vixisse. Si ita est, certè, quod addit, de Siculo constare non potest, quem ante Geryones collocat, & tamen 200. tantùm annis fuisse ante bellum Troianum, notat. statum rerum Hispanicarum hinc vsque ad punica bella descripsit idem author.

Circuncisio instituitur, & Abrahæ circunciditur. Genes. 17. vers. 23. 24. Ismael eodem die circumciditur, annorum iam 13. Genes. 17. vers. 25. 26. paulo post promittitur Saræ filius. Delentur Sodoma. cap. 18. 19.

ISAAC natus est anno 100. patris (in vrbe Gerara, quæ erat regia Philistinorum.) Genes. 21. v. 5. & c. 20. 1. Cum verò genuit Iacob & Esau, ex Rebecca, erat 60. annorum. Genes. 25. v. 26. vixit omninò annis. 180. Genes. 35. v. 28. Atque hinc iam ad Exodum sunt anni 405. vide qq. c. 7.

Hic sextus à Belo Rex Affyriorum regnat annis 40. Eusebio Amalius vocatus.

ISAAC circa hunc annum ætatis suæ 27. putatur oblati. Pererius in Genes. licet aliqui ad 15. ætatis annum referant.

ISAAC Rebeccam duxit vxorem, filiam Bathuelis Syri de Mesopotamina, annum agens 40. Genes. 24. & cap. 25. 20. vide qq. cap. 6. fere initio.

XERXES, qui & Balaneus, septimus Rex Affyriorum, regnat annis 30. Euseb.

IACOB & Esau nascuntur ex Rebecca, anno patris 60. Gen. 25. vers. 26. Hinc ad natiuitatem Ioseph sunt anni 91. vt ibi dicitur. Iacob vi-

| Anni mundi. | Patriarcha. | 4 | PERIODVS | Anni Chronologici. |
|--|-------------------------------------|-------------------|--|--------------------|
| 1656. | | | DILUVIUM Noëticum in hunc Mundi annum incidit, <i>de quo in qq. c. 1. n. 8. & c. 5. initio.</i> Colligitur hic annorum numerus ex Chronologicis annis iam notatis. Et res describitur <i>Genes. 7. & 8.</i> An verò cœperit mense Nouembri. <i>qq. c. 5. n. 2.</i> | |
| PERIODVS SECVNDA, <i>annorum 322. qq. c. quinto.</i> | | | | |
| 1658. | Arphaxad nascitur. | | ARPHAXAD filius Sem nascitur biennio post Diluuiū, <i>ex Genes. 11. vers. 10.</i> quando autem genuit Cainam, <i>ex 70. Interpret.</i> erat annorū 35. vixit verò omnino annis 438 <i>Genes. 11. vers. 12. 13.</i> | 35. |
| 1693. | Cainan nascitur, secundus scilicet. | | CAINAN, cum genuit Sale, erat annorum 30. vixit omnino annis 360. Hunc infero ex coniuncta autoritate <i>Luca, & 70. Interpret. Genes. 11.</i> de quare <i>in qq. cap. 5.</i> hic est Cainan minor. | 30. |
| 1723. | Sale nascitur. | | SALE, cum genuit Heber, erat 30. annorum. <i>Genes. 11. vers. 14.</i> Vixit autem omnino annis 433 <i>ibidem.</i> | 30. |
| 1753. | Heber nascitur. | | HEBER, cum genuit Phaleg, erat 34. annorum. Vixit omnino annis 464. <i>Genes. 11. vers. 16.</i> In huius familia seruata est lingua Hebræa. | 34. |
| 1787. | Phaleg nascitur. | | PHALEG, cum genuit Reu, erat 30. annorum. Vixit autem annis 239. <i>Genes. 11. vers. 18.</i> In hunc annum, aut circiter, incidit confusio linguarum, scilicet annis 83. ante regnum Bel. <i>qq. cap. 4. num. 9. & cap. 5. nu. 9.</i> vbi de Regnorum prima origine. | 30. |
| 1817. | Reu nascitur. | | REU genuit Sarug cum esset 32. annorum. Vixitque omnino annis 239 <i>Genes. 11. vers. 20.</i> | 32. |
| 1849. | Sarug nascitur. | | SARUG, cum genuit Nachor, erat 30. annorum. Vixit annis 230. <i>Genes. 11. vers. 22.</i> | 30. |
| Anni mundi. | Patriarcha. | Assyriorum Reges. | REGNI BABYLONICI INITIVM, <i>unde postea Assyry.</i> | |
| 1870. | | Belus. | Hoc anno Belus, seu vt aliqui putant, Nembrod (<i>de quo Gen. cap. 10. vers. 8.</i>) inchoavit regnum Babylonicum: vnde postea Assyriorum Monarchia. Inchoavit, inquam, annis 65. ante Nini regnum: tot enim annis regnavit Belus, <i>vide qq. c. 4. & 5. num. 9. 10. & deinceps.</i> | |
| 1879. | Nachor nascitur. | | NACHOR, cum genuit Thare erat 29. annorum. Vixitque omnino annis 148. <i>Genes. 11. vers. 24.</i> | 29. |
| 1908. Sic noniorum regnum. | | | SICYONII. SICYONIORVM regnum nunc exoritur, primo rege Ægialeo. <i>qq. c. 6. nu. 6. ibi Arcades. qq. cap. 4. nu. 6.</i> regio postea Peloponesus dicta. | |
| 1908. | Thare nascitur. | | THARE, cum genuit Abraham, erat 70. annorum. Vixit annis 205. <i>Genes. 11. vers. 26. & 32. & qq. c. 5. num. 8.</i> | 70. |
| 1935. | | Ninus. | ASSYRIORVM INITIVM. NINVS hoc anno ædificauit Niniuen, & inchoavit Monarchiam Assyriorum. <i>qq. c. 4. & 5.</i> Annus hic est 43. ante ortum Abrahæ. Regnavit Ninus annis 52. scilicet vsque ad Semiramidis regnum, <i>de quo infra anno 1987 & 2029.</i> | |
| PERIODVS TERTIA, <i>annorum 505. qq. cap. septimo.</i> | | | | |
| 1978. | Abraham nascitur. | | Nascitur Abraham in Vr Chaldæorum vrbe. <i>Genes. 11. vers. 26. 28.</i> cum verò genuit Isaac filium ex Sara, erat 100. annorum. <i>Genes. 21. vers. 5.</i> Vixit omnino annis 175. hoc est 75. annis cum filio, imò & 15. ex illis annis cum nepote Iacob. <i>habetur Genes. 25. vers. 7.</i> de eius peregrinatione & vita, <i>vide qq. cap. 6. initio, & cap. 5. nu. 8.</i> natum Abraham notauit Scaliger anno 31 Beluchi 9. Regis Assyri. sed ille insolitam dedit sedem his Regibus. <i>qq. cap. 5. num. 12.</i> | 100. |

DYNASTIAE AEGYPTI.

Anno isto ortus Abrahæ ponitur regnum Ægyptiorum: de cuius tamē initio, & Dynastijs antiquioribus *vide qq. cap. 6. & iā quidē cœpit Dynastia illa apud Ægyptios, dicta ab Eusebio 16. & Thebæorum. Durat annis 190. Scilicet vsque ad Pastores, de quibus anno 2168. Vide Eusebium, & qq. cap. 4. Idem cap. 6. num. 7. Alij volunt hanc 16. Dynastiam esse etiam Pastorum.*

SEMIRAMIS Afcalonita, vxor Nini, marito mortuo imperat Assyrijs annis 42. *ex Iustino, & qq. cap. 4. & 6. Scythicum regnum à Nanclero, & alijs quibusdam circa hæc tempora inchoatum ponitur. Sed res est incerta. qq. cap. 6.*

SARA hoc anno 10. Abrahæ nascitur, quæ vixit annis 127. *Gen. 23. 2.* quare obiit anno Mundi 2115.

Bis mille anni cōpleti sunt à Creatione, hoc anno 22. ætatis Abrahæ. NOE hoc anno Mundi moritur, hoc est anno post Diluuium 350. *Gen. 9. ver. 28. 29. ac proinde anno ætatis Abrahæ 28.*

ZAMES Ninyas 3 est Rex Assyrici Regni, inchoati à Nino, anno 1935. & continuati in Semiramide anno 1987. Fuit hic filius Semiramidis, Regnat annis 38. *Euseb.*

Annus hic 75. ABRAHÆ, est annus ille, quo contigit profectio eius ex Vrbe, natali solo, in Haram; inde in terram Chanaan, & insuper quo facta est illi prima promissio. *Vide qq. c. 7. & c. 5. nu. 8. in fine. Varias Abrahæ factas promissiones, lege ibidem c. 5. Ab hac autem 1. promissione ad Exodum sunt anni 430. qq. c. 7. Vide 2483.*

Circa hunc annum; profligatis 4. Regibus, Abraham dat decimas Melchisedeço: nam anno ætatis 75. venit in terram Chanaan, *ut supra: anno deinde 10 duxit ancillam Agar. Genes. 16. vers. 3. inter quæ duo tempora accidit illa oblatio, & victoria. Genes. 14. Pererius ibidem rem totam prolixè explicat.*

ISMAELEM iam nasci, colligitur *ex Genes. 16. vers. 3. & 4. & ex precedente §.*

ARIUS Assyriorum Rex quartus à Nino, quintus à Belo, regnat annis 30. Thuras à *Suida* dicitur; Arius verò, id est, Mars, quod bello acer esset.

Mariana Histor. Hispan. lib. 1. cap. 12. suspicatur, circa hæc tempora Geryones, primos reges Hispaniæ, & Herculem Lybium vixisse. Si ita est, certè, quod addit, de Siculo constare non potest, quem ante Geryones collocat, & tamen 200. tantum annis fuisse ante bellum Troianum, notat. statum rerum Hispanicarum hinc vsque ad punica bella descripsit idem author.

Circuncisio instituitur, & Abrahā circunciditur. *Genes. 17. vers. 23. 24. Ismael eodem die circumciditur, annorum iam 13. Genes. 17. vers. 25. 26. paulo post promittitur Saræ filius. Delentur Sodoma. cap. 18. 19.*

ISAAC natus est anno 100. patris (in vrbe Gerara, quæ erat regia Philistinorum.) *Genes. 21. v. 5. & c. 20. 1. Cum verò genuit Iacob & Esau, ex Rebecca, erat 60. annorum. Genes. 25. v. 26. vixit omninò annis. 180. Genes. 35. v. 28. Atque hinc iam ad Exodum sunt anni 405. vide qq. c. 7.*

Hic sextus à Belo Rex Assyriorum regnat annis 40. *Eusebio Amalius vocatus.*

ISAAC circa hunc annum ætatis suæ 27. putatur oblati. *Pererius in Genes. licet aliqui ad 15. ætatis annum referant.*

ISAAC Rebeccam duxit vxorem, filiam Bathuelis Syri de Mesopotamina, annum agens 40. *Genes. 24. & cap. 25. 20. vide qq. cap. 6. ferè initio.*

XERXES, qui & Balaneus, septimus Rex Assyriorum, regnat annis 30. *Euseb.*

IACOB & Esau nascuntur ex Rebecca, anno patris 60. *Gen. 25. vers. 26. Hinc ad natiuitatem Ioseph sunt anni 91. vt ibi dicitur. Iacob vi-*

PERIODVS

| Anni mundi | Patriar- cha. | Assyriorū Reges | 6 | Anni Chro- nologici. |
|------------|------------------|--------------------|---|-------------------------|
| | | | xit annis 147. <i>Genes. 47. vers. 28.</i> Hinc ad descensum eius in Ægyptum sunt anni 130. <i>Genes. 47. vers. 9. vide qq. cap. 7.</i> annus est Abrahæ 160. <i>ARGIVORVM REGNV M.</i> | |
| 2148 | 10 | | Circa hunc annum 10. vel potius 12. Iacob, communiter putant au- ctores exortum regnum Argiuorum cum <i>Eusebio</i> : quod satis conuenit cum principio regni Mycenarum, in quod translatum est anno 2693. Regnatum est per 14. Reges, annis ferè 544. Et post Innachum, Rex 2. Phoroneus, Argi Regis pater, Græcis primus leges dedit, & iudicia. Argos condidit. <i>Pausanias lib. 2. Vide Aug. lib. 18. de ciuitate, & Solinum.</i> Eius soror Io, vel Isis fit regina Ægypti, quæ post mortem Osiridis ma- riti, prudentissimè regnum administravit. <i>Euseb. & August. iam citati.</i> Hunc Phoroneum Mercator, & alij <i>σὺ γὰρ ποιοῦ</i> faciunt Belucho, anno 2205. rem habes explicatam <i>qq. cap. 10. num. 34. & 2298.</i> | |
| 2150 | 12 | | <i>ABRAHAM</i> obiit hoc anno 15. Iacob. <i>Genes. 25. vers. 7.</i> anno scilicet ætatis suæ 175. <i>ibidem.</i> Nec obstat, quòd narretur à Moysè natus post narratam mortem Abrahæ. Est enim omiffus ordo temporum. <i>Pere- rius Pref. in ca. 25. Gen.</i> hoc etiam attigit. | |
| 2167 | 29 | | <i>ARMAMITHRES</i> 8. Rex Assyriorum, regnat annis 38. <i>Euseb.</i> | |
| 2168 | 30 | Armani- thres | Dynastia dicta 17. vel si mauis 2. inchoatur: durat annis 103. plus mi- nus. <i>qq. cap. 6. num. 7. Euseb.</i> dici putat Pastorum Dynastiam. qui fuerint hi Pastores, & quid de his Dynastijs sentiendum sit, <i>Vide qq. cap. 6. num. 7.</i> | |
| 2178 | 40 | | <i>ESAV</i> anno ætatis 40. duxit vxores Iudith & Basemath. <i>Gen. 26 vers. 34.</i> | |
| 2201 | 63 | | <i>ISMAEL</i> moritur hoc 63. anno Iacob, annis scilicet 14. antequam Iacob iret in Mesopotamiam <i>Lege Perer. Gen. 28. in Pref. vnde benè ex- plicat sensum versus 9. eiusdem capituli, & profectioem Esau ad Ismae- lem, non de persona, sed de familia Ismaelis, cum ipse Ismael, iam obiisset.</i> | |
| 2205 | 67 | Beluchus | <i>BELVCHVS</i> Priscus 9. Rex Assyriorum, regnat annis 35. <i>Euseb.</i> | |
| 2207 | 69 | | <i>OGYGIS DILVVIVM.</i> <i>OGYGIS</i> Diluuium in Attica, sub tempora Innachi primi Argiuo- rum regis, aut sub Phoronei initia, anno fortè 7. Phoronei, & annis 1020. ante primam Olympiadem, <i>ex Iulio Afric. apud Euseb. lib. 10. de Prepar. Euang. c. 3.</i> ac proinde annis 1045. ante Urbem conditam, <i>qq. c. 6. num. 10. de hoc Innacho vide annum 2148. & qq. c. 10. num. 3.</i> | |
| 2215 | 77 | | Contigit nunc profectio Iacob in Mesopotamiam, quando vidit scalam & Angelos, <i>de qua hist. Genes. 28.</i> hoc sic colligo, quia ingrediens postea Ægyptum erat annorum 130. <i>Genes. 47. vers. 9.</i> qui numerus be- nè hinc resultat; seruiuit enim in Mesopotamia annis 14. post quos mox natus illi est Ioseph. <i>Genes. 30. vers. 25.</i> Si his 14. annis addas 17. quos postea habuit Ioseph in venditione, item annos 23. seruitutis Ioseph, & 9. annos gubernationis, <i>ex qq. c. 7.</i> habebis annos 53. qui si addantur an- nis illis 77. ætatis Iacob, cum venit ad Laban, patebit descendisse an- no ætatis illo 130. <i>qq. cap. 7. num. 7.</i> | |
| 2222 | 84 | | Hoc anno 84. ætatis, Iacob ingreditur ad duas vxores Liam & Rachel, in choante scilicet 2. septennio mansionis apud Laban. <i>Gen. 29. vers. 28. 30.</i> Rachel tamen manet sterilis vsque ad natiuitatem Io- seph, <i>ex Gen. c. 30. vers. 22. de quo sequenti. §.</i> | |
| 2229 | 91 | | <i>IOSEPH</i> hoc anno nascitur, scilicet anno patris 91. Nam Ioseph post annos 30. factus est Princeps Ægypti. <i>Gen. 41. vers. 40. 45. 46.</i> sub quo Principatu, exactis 7. annis fertiliatis, & duobus famis, Iacob pater ve- nit in Aegyptum. <i>Gen. 45. vers. 6.</i> habens annos 130. <i>Gen. 47. v. 9.</i> vixit Ioseph annis 110. <i>Gen. ultimo in fine.</i> | |
| 2235 | 97 | | <i>IACOB</i> nunc redit è Mesopotamia in terram Chanaan. <i>Gen. 31. vers. 41.</i> ad patrem Isaac in Hebron. <i>Gen. 35. vers. 27.</i> lege in <i>Genesi</i> interme- dia, vt de lucta <i>cap. 32. vers. 24.</i> de reconciliatione cum fratre, <i>c. 33.</i> De rapru Dinæ, <i>c. 34.</i> De natiuitate Benjamin, & morte Rachel, <i>c. 35. v. 18.</i> | |

TERTIA.

7

Anni Chronologici

| Anni mundi. | Patriar-cha. | Affyriorum Reges. | |
|------------------|--------------|-------------------|--|
| 1240 | 102 | Balaus | BALÆVS IO. Rex Affyriorum, regnat annis 52. <i>Euseb.</i> |
| 2246 | 108 | | IOSEPH, cum esset annorum 17. venditur à fratribus. <i>Gen. 37. vers. 2. & 28.</i> |
| 1257 | 119 | | IOSEPH in carcere ex ponit fomnia pincernæ & pistoris. <i>Gen. 40.</i> Nam post biennium è carcere liberatur. <i>Gen. 41. vers. 1.</i> |
| 2258 | 120 | | ISAAC hoc anno videtur mortuus <i>de quo Gen. 25. 29.</i> anno vno ante liberationem Ioseph. |
| 2259 | 121 | | IOSEPH iam annorum 30. fit Princeps Ægypti. <i>Gen. 41. vers. 40. 45. 46.</i> sequuntur 9. anni: hoc est, 7. fertilitatis, & 2. famis. <i>Gen. 41. vers. 29. & cap. 45. vers. 6.</i> |
| 2268 | 130 | | IACOB hoc anno 130 ætatis, descendit in Ægyptum. <i>Gen. 47. ver. 9.</i> vixit ibi 17. annis, <i>vt patet</i> ex eius ætate. <i>supra anno 2138.</i> descendit anno 2 famis <i>Gen. 45. vers. 6. 11.</i> hoc est. anno 9. à Principatu Ioseph. <i>qq. c. 7.</i> ad mortem Ioseph sunt anni 71. |
| 2271 | 133 | | DYNASTIA <i>Eusebio</i> 18. sub Diospolitanis hoc anno inchoatur apud Ægyptios. Durat annis 348. <i>Euseb. qq. cap. 6.</i> A ciuitate, cui nomen <i>διόσωπολις</i> sic dicta; quam etiam ciuitatem Thebas Aegyptias vocatam aliqui scribunt. |
| 2285 | 147 | | IACOB hoc anno moritur, exactis 17. annis in Aegypto. <i>Genes. 47. v. 9. 24. 28.</i> Hinc ad mortem Ioseph sunt anni 54. <i>vt patet</i> ex eius natiuitate, <i>de qua ad annum 2229 & 2338.</i> |
| 2292 | | Altaides | ALTADES Rex II Affyriorum, regnat annis 32. <i>Euseb.</i> hic Rex vndecimus ab alijs Sethus vocatur. |
| 2298 | | | S P A R T A. |
| | | | S P A R T A, seu Lacedæmon nunc putatur condita à filio Phoronei, vide reges <i>qq. c. 8. nu. 9.</i> paulò ante conditur Rhodus à Sicyonijs, Memphis apud Aegyptios ab Apide olim rege Argiuorum. <i>Euseb. lege Pausaniã, & Euseb. lib. 10. Prep. Enãg.</i> Apidi apud Argiuos successit Argus Phoronei filius. <i>qq. c. 8. nu. 9.</i> |
| 2324 | | Mamithus | MAMITHVS Rex 12. Affyriorum, regnat annis 30. <i>Euseb.</i> |
| 2238 completi | | | HOC anno Ioseph moritur in Aegypto, anno ætatis 110. <i>Gen. cap. vlt. vers. 22. 24. 25.</i> anno 54. post mortem patris. Atque hinc ad natiuitatem Moyfis sunt anni 64. completi seu 65. <i>qq. c. 7.</i> |
| 2354 | | Mauca-leus | MAUCALEVS 13. Rex Affyriorum annis 30. <i>Euseb.</i> ab alijs vocatur Aschalius. |
| 2360 | | | I S R A E L S E R V I T. |
| | | | CIRCA hunc annum cœpit seruitus Israelitarum in Aegypto, & edictum de necandis infantibus. De quo <i>Exod. 1.</i> annis scilicet 22. post mortem Ioseph, <i>vt notatur qq. c. 7. num. 13.</i> |
| 2384 | | Spherus | S P H E R V S 14. Rex Affyriorum, annis 20. <i>Euseb.</i> |
| 2400 | | | AARON nascitur tribus annis ante Moysen: nam erat annorum 83. tempore Exodi. <i>Exod. c. 7. vers. 7.</i> Vixit annis 123. <i>Nu. c. 33. v. 39.</i> |
| 2403 | Moyfes | | MOYSES hoc anno nascitur in Aegypto: nam tempore Exodi erat annorum 80. <i>Exod. c. 7. v. 7.</i> Vixit autem annis 120. <i>Deut. 34. 7.</i> Hinc vsque ad Exodum sunt anni 80. <i>Exod. c. 7. v. 7. vide qq. c. 7. n. 11. 21.</i> |
| 2404 | 2. | Mamilus | MAMYLVS Rex 15. Affyriorum, annis 30. <i>Euseb.</i> |
| 2434 | 31 | Sparticus | S P A R T H E V S 16. Rex Affyriorum, annis 40. <i>Euseb.</i> |
| 2439 | 36 | | IOSVE nunc natus putatur, annis ferè 36. post natum Moysen. Tempore Exodi erat 44. annorum. <i>qq. c. 9. n. 5.</i> Vixit annis 110. <i>Iosue vlt. ver. 28. 29. Iud. 2. vers. 6. 7. 8.</i> De Ducatu infra. |
| 2443 | 40 | | Hoc anno Moyses quadragenarius, & 40. annis ante Exodum, inuisit fratres Israel, & occiso Aegypto fugit in Madian. <i>Act. 7. vers. 23.</i> Itaque huc vsque māsferat in domo regia, velut regis filius. <i>Ex 2. v. 9. 10.</i> |
| 2443 | 40 | | A T H E N. R E G. |
| | | | Atheniensium Regnum exoritur in Attica. Primus Rex Cecrops Aegyptius. Regnatur <i>iuxta Euseb.</i> annis 488. per Reges 17. Regū Catalogum habes <i>qq. cap. 18. in Appendice.</i> Cessat regnum in Codro, <i>qq. c. 6. in fine, & infra 2926.</i> Sub hoc Cecrope contigit Areopagi nomen |

9

17

54

65



PERIODVS

Anni Chronologici.

apud Athenienses. locus antea πάγος dicebatur. posteaquam verò Mars 12. Dijs iudicantibus ibi causam dixit, locus coeptus est vocari άπερς πάγος, Martis saxum, vt Romę saxum Tarpeium, vnde Iudices Atheniensium Arcopagitę appellatur. Hoc verò gestum referri in tempus Cecropis authores sunt *Euseb. Seruius, & alij*, & cum à Cecrope ad Cyrum 1000. annos numerant, non absunt à nostro calculo.

I O B circa ista tempora fuisse perhibetur. *Pineda in Iob*, facit Moyfi æqualem aut etiam priorem.

CIRCA hunc annū accidit in Thessalia Diluuium sub Deucalione Rege, circa tempora Cecropis. *qq. cap. 6. num. 12.* quo sæculo duæ aliæ clades admirabiles fuere, scilicet Ægypti plagę, & Phaëtontis incendium; de quo *Euseb. citatus, & qq. cap. 6.* vbi de rebus Græcorum, & hac antiquissima eorum historia. Nunc etiam Oenotrius ex Arcadia venit in Occidentalem partem Italię, dictam Aufoniam, ipse Oenotriã vocauit, *Vide Dio. Halicarnass. lib. 1. Paus. lib. 6.*

ASCATADES 17. Rex Assyri. an. 40. *Euseb.*

PERIODVS QVARTA:

Ab Exodo ad Templum inchoatum,

annorum 480.

EXODVS, seu Egressio filiorum Israël ex Ægypto, sub Moyse Duce, mense Nisan. *Exod. 12. vers. 2. 17. 18.* vbi Nisan deinceps decernitur primus anni mensis (hinc ad Iosue anni sunt 40.) Menses porro hęc accipe Lunares. *qq. cap. 17. 16.* Mense ergo primo, die Lunę decima quarta, primum Pascha in Ægypto celebratum est, & quadriduo post Pharao mergitur. *Exod. cap. 12. 13. 14.* Post dies paucos aquę Mara, iniecto ligno dulces fiunt. *Exod. 15. vers. 25.* Die 15. mensis 2. veniunt in solitudinem Sin, vbi manna datum est. *Exod. 16.* Indè in Raphidim. vbi aquę ex petra. *Exod. 17. & Iosue vincit Amalechitas orante Moyse.* Mense 3. veniunt in solitudinem Sinai. *Exod. 19. 1.* post paucos dies loquitur Deus ad Moysen. *cap. 19. vers. 11. 15. 16. 20.* Moyses deinde post 40. dies descendit de monte; fert, ac frangit tabulas. *cap. 32. vers. 19.* Post alios 40. dies dat secundas tabulas. *cap. 34. vers. 18.* Huius inchoantis periodi Epactam, Neomeniam, & totam Exodi Epocham, magis sigillatim proposuit *Scaliger ad ann. 600. Eusebii*, expendēs an Lunaris Nisan respõdeat 15. diei nostri Aprilis. Illud aduerte, quod iam indicaui, à tempore Exodi cœpisse annum Heb. à Verno Aequinoctio. *Exod. 12. vers. 2.* cum antea principium haberet ab Aequinoctio Autumnali. *Exodi 35. 22. & 23. v. 16. vide qq. cap. 19.* Mirè æstuant aliqui, vt in sequentem Orbis annum reiiciant Exodum, sed frustra, vt in simili quæstione sæpè iam monui.

MENSE 1. anni 2. erectum est Tabernaculum 1. die mensis. *Exodi 40. vers. 2. & 17.* Die 1. mensis 2. numerantur filij Israël, & datur 12. Principes. *Num. 1.* Mense 2. die 20. eunt versus Pharam *Num. 10. vers. 11.* Hoc an. 2. (& forte exeunte) mittuntur exploratores. *Num. 13. vers. 28.* ex Cadesbarne. *Iosue 14. vers. 17.* Hoc eodem an. 2. post erectum Tabernaculum & ante numeratū populum feruntur leges de sacrificijs, vnctus consecratur Aaron, & offertur sacrificium. *Leu. à cap. 1. ad 11.*

N V N C ergo excurrente biennio à die Exodi, mittuntur Exploratores primi, reluctatur populus, completurus proinde 40. annos in deserto. *Num. 13. vers. 18. Ios. 14. vers. 7. vide qq. cap. 9. num. 6.*

AMYNTEs Rex 18. Assyriorum, annis 45. *Euseb.*

IOSVE DVX.

MOYSES anno 40. ab Exodo moritur 1. die mensis 1. annorum 120. Iosue Ducatum, suscipit. *Deut. 34. vers. 7. Ios. 1. vers. 3. Deut. cap. 31. v. 1.*

| Anni Mandi | Anni Iudicum | Assyriorum Reges |
|------------|--------------|------------------|
| 2444 | 41 | |
| 2469 | 66 | |
| 2474 | | Ascatades |
| 2483 | | Moyse 80. |
| | | Iter |
| | | Lex |
| | | Annus |
| 2484 | 81 | |
| | | Numerus populi. |
| | | Tabernacul. |
| 2485 | 82 | Explorat. |
| 2514 | | Amyntes |
| 2524 | | Iosue 1. |



Hinc verò vsque ad inchoatum Templum sunt anni 440. *ex qq. cap. 9.* vbi ostenditur Iosue nunc fuisse annorum 84. Rexit populum annis ferè 26. Mensis. 1. die 10. ascendit populus de Iordane, ponit Castra in Galgalis. *Ios. 4. vers. 19.* capta Ierico. cessat Manna. *Ios. 5. vers. 10. 12.* obiit Aaron paulò ante Moysem, 1. die mensis 5. annorum 123. *num. 33. v. 38. 39.* Hinc vsque ad Dauidem ratio temporis, quoad particulares singulorum Ducum annos satis perplexa est. constat tamen de tota Periodo. *qq. cap. 9. num. 4. 6. & 10.*

TROIA CONDITA.

Si 300. annis stetit regnum Troianum, cœpisse oportet ante. 4. annos in Dardano 1. Rege, 2520. Sed Dardani regnum rectius sub finem Ducatus Moyfis, & ab hoc anno 2524. exortum putatur. Nam à Dardano ad Ilij excidium sunt anni 296. contigit igitur Ilij casus anno nostro 2820. Sic enim peritiores numerant hos reges. Dardanus regnavit annis 65. Erichtonius an. 46. Tros 49. Ilus 40. Laomedon 44. Priamus 52. ex quibus colliguntur anni illi 296. Hunc Regum Catalogum ad suas neomenias reducit Scaliger *lib. 2. Can. sub finem* : & nostris annis probè consentit.

Terræ divisio nunc peragitur, scilicet 45. annis ab exploratoribus missis. *Ios. 14. v. 10. 7. 13.* quando Chaleb annorum 85. accepit Hebron. *ibid.* facta est hæc κληρονομία post 5. annos bellorum. De loco *Act. 13. vers. 20.* explicando, *vide qq. cap. 7. num. 17. & cap. 9. num. 10.*

Hic annus fuit primus Sabbaticus; seu primum Sabbatum Terræ nunc cœpit mense Tisri. Est ergo annus 7. qui primo occurrit post κληρονομίαν, quo omnis terra quiescere præcipitur. *Exo. 23. vers. 10. 11. & Deut. 31. vers. 10. Levit. 25. vers. 20 21 22.* De hoc anno Scaliger *lib. 5. Emend. temp. & nos qq. cap. 9. num. 5 & cap. 12. num. 9* Bacchus, alter dictus Dionysius, Nisam in India condit. Varius tamen est Eusebius in huiusmodi anno consignando.

IOSUE obiisse putatur hoc vel sequenti anno: obiit anno ætatis 110. *Ios. vlt. v. 28 29 Iud. 2. v. 6. 7. 8.* huc vsque vixisse suadet *Ios. cap. 23.* quamvis omnino certum non sit, quandiu rexit. Interregnum apud filios Israël circiter annis 10. vsque ad Othonielem Iudicem. Interim Israël seruit regni Mesopotamiæ aliquot annis. *Iud. 3. vers. 8. 9. vide qq. cap. 9. num. 5 & 8.*

BELOCHVS, Rex 19. Assyriorum annos 2. *Euseb.*
OTHONIEL filius Cenes, fratris Caleb Iudex in Israël annis 40. annumerando annos seruitutis, de quibus *in qq. cap. 9. num. 7.* tot verò annos ei damus *ex Iud. 3. vers. 11.* fuit hic de Tribu Iuda.

Hic primus est annus Iubilæus, seu 50. à diuisione Terræ, *ex Levit. 25. vers. 8. 9. lege tamen qq. cap. 9. num. 3. & cap. 12. num. 9.*

Apud Euseb. ad an. 611 condita Side vrbs tempore Othonielis. Aduertit tamè Scaliger, non in Cilicia, sed in Pamphilia fuisse; & ibi Cilices solitos fabricare suas naues.

Hoc anno 22. Othonielis, Israël seruit Eglō regi Moab annis 18 *Iud. 3. vers. 14.* qui complent 40. annos Othonielis: & ita de aliis similis seruitutis, *vt nota qq. cap. 9. num. 7.*

BELLOPARES Rex 20. Assyriorum, annis 30. *Euseb.* ab aliis Balaiores nominatur.

AOD filius Gera, de Tribu Benjamin, Iudex Israël annis 80. *Iud. 3. vers. 26. 30.* Hic ambidexter Moabitarum regis Eglonis excussit iugum.

LAMPRIDES Rex 21. Assyriorum, annis 32. *Euseb.*

Dynastia Egyptiorum 19. incipit, & durat annis 194. *Euseb. de bis Dynastijs qq. cap. 6.*

Circa hæc tempora, præsertim sub Ducatu Iudicis Aod, ponitur Tros Dardaniæ rex tertius. quem secuti sunt alij, quos *vide in anno 2524. & Euseb. libro decimo, de Præp. Euang.* Hic Tros, (à quo Troiani) bellum intulit Tantalò Regi Phrygiæ ob raptum Ganymedem. *Euseb.*

| Annus Mundi | Annus Indicum | Assyriorum Reges. |
|-------------|----------------|----------------------|
| 2530 | 6 | |
| | κληρονομία. | |
| 2537 | 13 | Sabbaticus an. |
| 2549 | 25 | Interregnum Indicum. |
| 2550 | | Belochus. |
| | | Othoniel 40. annis |
| 2580 | | |
| 2581 | | |
| 2584 | | Bellopares. |
| 2599 | Aod 80. annis. | |
| 2604 | | Lamprides. |
| 2619 | | |
| 2630 | | |

| Annus Mundi | Annus Indicum | Assyriorum Reges |
|------------------|---------------------|------------------|
| | | |
| 2640 | | |
| 2646 | | Sosares. |
| 2658 | | |
| 2666 | | Lampares |
| 2678 | | |
| 2679 | Delbora. 40. annis. | |
| 2693 vel 2694 | | |
| 2696 | | Panyas. |
| 2712 | | |
| 2719 | Gedeon 40. annis | |
| 2741 | | Sofarmus |
| 2749 | | |

& *gg. cap. 8.* vbi de Phrygiæ regno. Iuxta Regum Catalogum anno 2524. notatum, sequitur hunc annum 2630. esse nobis annum 5. quo regnavit Tros. quod rectè consentit, tum cum Ilij excidio, tum cum Chronologia belli inter hunc Troem & Tantalum; ac denique cum anno, quo Pelopidæ Mycenis soli regnarunt, pulsis Heraclidis. Nam *σὺ γὰρ ποιοὺς* sunt tros & Tatalus: à Trois autem morte, vsque ad Atreû Tantalii ex Pelope nepotem, vix sunt anni 71. iuxta Regum annos notatos; Dardaniæ quidem, anno Orbis 2524. & Mycænarum, *gg. c. 8.* confurguit quoque anni tantum 20. ab obitu Trois, vsque ad mortem Acrisij, cæsi à Perseo nepote, quando cœpit Mycenarum regnum. nec ab his alienus est *Tatianus*, qui Pelopis è Phrygia exitum, refert ad Acrisij tempora.

CORINTHI. REG.

RUTH Moabitidis Historia ad hæc tempora sequentia pertinere videtur, & fortassis ad annum orbis 2706. vt colligi potest ex iis, quæ notavi, *Matth. cap. 1. vers. 4. 5. & 6. de Booz. vide gg. c. 9 in fine.*

Nunc incepisse videtur prima Corinthiorum Dynastia: durat vsque ad annum 2899. *vide gg. c. 8. n. 9.* primus Rex Siphus Isthmia mutavit. *ibid.*

SOSARES rex 22. Assyriorum annis 20. regnat. *Enseb.* Sub hoc rege Assyrii superiorem Asiam occupant, vsq; ad Arbacen, & Medos ab illis deficientes. *Herod. l. 1.* variant authores an fuerit circa hæc tempora rapta Io à Phœnicibus, & Europa, Regis Phœnicum filia, ducta in Cretam *Herod. li. 2. & 4.* Hoc tempore Achæus nomen dedit Achæiæ, vbi regnabat. *Ense. vide Strab. l. 8. de Ione*, qui nomen etiam Ionæ dedit. Cadmus literas & doctrinam ex Phœnicia in Græciam intulit, & Thebas Bœotix condidit. *Herod. libr. 4. & 5.* Varia *Scaliger in Enseb. anno 481 scribit* de Io Iasi filia, & altera Io filia Innachi. *Et ann. 431. 524. & 637.* de Europa.

ISRAEL seruit Iabem rege Chanaan annis 20. *Iud. 4. vers. 3.* scilicet vsque ad Ducatum Delboræ. *Vide annum 2581*

LAMPARES 23. rex Assyriorum, an. 30. *Enseb.*

IANI REG.

IANVS Dynastiæ Aboriginum Rex primus in regno, quod Latino- rum postea dictum est. *gg. cap. 8. sub finem.*

DELBORA Prophetissa, vxor Lapidoth, cum filio Barac iudicat annis 40. *Iud. 5. v. 31.* hæc superat Sisaram Ducem regis Iabin

MYCÆN. REG.

Deficit Argiuorum Dynastia, de qua 2148. translata in Regnum Mycænarum (quod proinde iam exoritur) quando Acrisius vitimus Argiuorum rex occisus est per imprudentiam à Perseo nepote; qui tamen timore percussus Argos reliquit, & Mycænas imperium transtulit. hic Perseus, Perfen filium habuit: vnde Persæ nomen acceperunt. *Herod. libr. 7. Iosephus* posuit initium regni Mycænarum sub Ducatu Delboræ, sed anno eius 12. parum distamus. Mycænis regnatum est vsque ad Heraclidarum descensum, *gg. cap. 8. & anno 2899.*

PANYAS 24. Rex Assyriorum, annis 45. *Enseb.*

ISRAEL seruit Madianitis annis 7. *Iud. 6. vers. 1.*

GEDÉON, qui & Ierobaal de Tribu Manasse, de Madianitis victoriam reportavit. Iudicat annis 40. *Iud. 5. vers. 28.*

SOFARMUS Rex 25. Assyriorum, annis 19. *Enseb.* Huius anno 2. notavit Exodum *Scaliger*, certè aberrans à veriore Assyriorum Epocha, ob 4. quos ille inseruit novos Reges, vt noto *gg. cap. 5.*

Hercules ante hos annos ponitur regnasse Argis. ante, inquam, nam obiisse videtur anno Orbis 2743. vt alibi obseruo. fuit hic, Theseo Atheniensium Regi amicus. *Plut. in Theseo*, vbi etiam de fuga Dædali; maritima enim fuit, in qua periit filius Icarus, & causam dedit fabulæ apud Poetas, quibus vela alæ dictæ sunt. Nunc ferè Euander venit in Italiam. *gg. cap. 8. sub finem.*

| Anni mundi | Patriar- cha. | Assyriorū Reges | |
|------------|-----------------------|--------------------|---|
| 2759 | Abime- lech 3. an. | | <p>ABIMELECH filius Gedeonis iudicat Israel 3. annis. <i>Iud. 9. vers. 22.</i> Israel post mortem Gedeonis percussit fœdus cum Baal, vt esset ipforum Deus. <i>Iud. cap. 8. vers. 33.</i> Ab Hercule occiditur Cacus Ex <i>Dio. Halicar.</i></p> |
| 2760 | | Myrtem. | <p>MYTREVVS 26. Rex Assyriorum; annis 27. <i>Euseb.</i> Thefeus incipit Athenis. <i>qq. cap. 18. in Appendice.</i></p> |
| 2761 | Thola. 23. annis. | | <p>THOLA, filius Phua, de Tribu Isachar, Iudex Israel annis 23. <i>Iud. 10. vers. 3.</i></p> |
| 2779 | | | <p>HERCVLES hoc anno apparet cum AEsculapio relatus in Deos, <i>de quo qq. cap. 8.</i></p> |
| 2758 | | | <p style="text-align: center;">LYDI.</p> <p>CIRCA hunc annum Argon primus Heraclidarum, fit rex Lydorum, vbi ante Heraclidas regnauerat Lydus cum sua posteritate. <i>Herod. Vide an. 2899 & qq. cap. 10. n. 29. & deinceps.</i></p> |
| 2786 | Iair. 22. annis. | | <p>IAIR Galaadites, ex Tribu Manasse, Iudex annis 22. <i>Iud. cap. 10. vers. 3.</i></p> |
| 2787 | | Teuta. mos. | <p>TEVTAMVS 27. Rex Assyriorum, annis 32. <i>Euseb.</i> sub hoc Rege captam Troiam <i>Euseb.</i> putat. Teutamem vocant alij.</p> |
| 2789 | | | <p>ISRAELITÆ ferunt Philistiim an. 18. <i>Iud. ca. 10. vers. 6. 7. 8.</i> libe- andi per Iephthe.</p> |
| 2800 | | | <p>CIRCA hunc annum contigisse putamus Argonauticam expedi- tionem in Colchidem ad Vellus Aureum, vel potius ad aurifodinas; hoc est, vix annis 20. ante Troianum excidium. Ita ad annum Euse- bianum 754. obseruauit <i>Scaliger</i>, cum tamen <i>Euseb.</i> multo ante collo- cet hanc nauigationem. Interfuerunt huic expeditioni Principes Græciæ: Iason, filius Regis Thessaliæ: Admetus, Peleus Achillis pater, Telamon pater Aiakis, Castor, & Pollux, Periclymenus frater Nesto- ris, Meleager, Orpheus, & alij. Orphei Poetæ exstant Hymni & Argo- nautica. Florebant etiam tunc Musæus, & Linus Apollinis filius, Or- phei præceptor. Cæterum si ille Hercules interfuit huic expeditioni, cui us <i>ἠνωθῆσθαι</i> locauimus ad annum 2779. oportebit adhuc, vt hæc expeditio præcesserit tempora Iairi Ducis Israel. sed de re incerta satis, lege <i>Herodotum lib. 4.</i></p> |
| 2807 | Iephthe. 6 annis. | | <p>IEPHTE Galaadites, ex Tribu Manasse, Iudex annis 6. <i>Iud. cap. 2. vers. 7.</i> vicit Ammonitas, filiam immolauit.</p> |
| 2813 | Abesam, annis | | <p>DYNASTIA 20. Aegypti nunc cœpit, durat annis 178. Incipien- te hac dynastia <i>Euseb.</i> ait euersam Troiam.</p> <p>ABESAN ex Tribu Iuda oppido Bethleem. Iudex an 7. <i>Iud. cap. 12. vers. 9.</i> hoc tempore floruit Sibylla 5, dicta Erythraea, quæ Græcis prædixit victoriam, & Troiæ excidium vt putat. <i>Lact. lib. 1. de vera Re- lig. vide an. 3263.</i> viuebat Cassandra Priami filia, Teucris nunquam cre- dita. Agamemnon præterea & Menelaus <i>qq. c. 8. nu. 9.</i></p> |
| 2819 | | Teuta. mos. | <p>TEVTÆVS 28. Rex Assyriorum, ann. 40. <i>Euseb.</i> Post hunc Regem, quatuor esse præteritos queritur <i>Scaliger</i>, de qua re vide <i>qq. cap. 5 num. 12.</i></p> |
| 2820 | | | <p style="text-align: center;">DE TROIANO EXCIDIO.</p> <p>Si quod supra indicaui, condita Troia est anno orbis 2524. in quem incidit initium ducatus Iosue; cum steterit Ilium annis 296. vt pro- batissimi auctores magno fere consensu testantur: necesse est excidiū hoc incidisse in annum 2820 ab orbe condito. Et recte, sunt enim sic ab euersa Troia ad primam Olymriadem anni 407. quod interuallum doctissimi quique probarunt. <i>Scaliger lib. 5. de emen.</i> pro hac sua ac vera sententia veteres citat Ephorum, Calisthenem & Damasten Sanè tabula Eratosthenis quam habet <i>cap. 18. in appen.</i> idem perspi- cuè refert. Hanc tabulam laudat & sequitur Dionysius Halic. Idem- que interuallum ex Diodoro colligit citatus <i>Scaliger.</i> Ab hoc autem excidio ad Palilia anni confurgunt 432. hunc numerum sæpius repe- tit Dionysius Halicar. quem Glareanus & alij libenter sequuntur.</p> |

PERIODVS

Anni mundi.

Patriar-
cha.

Affyriorū
Reges

12

Anni Chrono-
logici.

Veteres græci scriptores, & recentiores Merca. ac Scaliger mensē etiam obseruant, & tempus solstitii vergentē iam æstate sub τροπῶς ἑπὶ τοῦ Sed de his plura qq. c. 8. nu. 10.

REGVM LATINORVM SERIES VSQVE AD ROMVLVM

Post captam exeunte Attico anno Troiam, Taoriani Ænea duce per Hellepontum in Thraciam venere, vbi totam commorati sunt hyemem, Appetente vere in Siciliam delati, moram ibi trahunt vsque ad finitū primum à capta vrbe annum. Anno secundo in Italiam ventum, vbi isto fœdere cum Latino rege, acceptaque agri parte Lauinium condunt. Tertio anno Æneas Lauiniam Latini filiam (vnde Lauinio nomen impositum) coniugio accepit. Quartus annus habet pugnam soceri & generi aduersus Turnum Rutulorum ducem. In qua desiderato Latino regnat iure affinitatis Æneas, imperatque annis tribus. Anno septimo ab excidio, Æneas in pugna ad Nomicum amnem aduersus Etruscos, & Mezentium, vltimū visus est. lege qq. c. 10. in fine.

ASCANIVS Creusæ filius Lauiniæ priuignus, rex Latinorum secundus regnat annis 38. Hic regni anno 25. condidit Albam Longam, & noueræ Lauinium concessit.

SYLVIVS Aenææ ex Lauinia filius Posthumus, Ascanii frater, tertius Latinorum rex regnat annis 29. ab eo Albani reges dicti sunt Syluii. Ipse id nominis esse cutus quod in syluis educatus fuisset.

Aenæas Syluius, 4. rex annis 31.

Latinus Syluius, 5. rex annis 31.

Alba Syluius 6. rex annis 39.

Atys Syluius, 7. rex annis 24.

HIC ADIONISIO VO-
catur capetus.

Capys Syluius, 8. rex annis 28.

Capetus Iunior Syluius 9. rex annis 13.

Tyberinus Syluius 10. rex annis 8.

Agrippa Syluius, 11. rex annis 40.

Alladius Syluius, 12. rex annis 19.

Auentinus Syluius. 13. Rex annis 37.

Procas Syluius, 14. rex annis 23.

Amulius Syluius, 15. rex annis 44.

ELON, vel Ahialon, ex Tribu Zabulon, Iudex Israel annis 10. Ind. cap. 12. vers. 11.

ÆNEAS iam Lauinii Rex esse cœpit. Nam expleto anno 2. post captum Ilium, veniunt Troiani Laurentum ad Aboriginum littus, & accepto agro condunt ibi Lauiniam. *Dionys. Halic.* hic annus est 33. regnantis Latini *Dionys. & qq. cap. 8. nu. 9.* hinc natum bellum contra Turnum, vxoris latini nepotem. Hic Rutilos ad rebellandum impulit, indignè ferens non sibi sed Æneæ datā Lauiniam. In eo bello occubuerunt Turnus & Latinus. Quando etiam Anchises Æneæ pater obiit in Italia ex *Dionys. Halicar.*

ÆNEAS mortuo Latino socero, & anno quinto ab excidio, successit Latino in regnum Latinorum. *Dionys. Halicarn.* cum ante eum in Latio, seu inter Aborigines (vt ferunt) regnassent Ianus, Saturnus & Faunus. *Euseb. qq. c. 8. & supra ab. 1678.*

ÆNEAS exactis tribus vti commemorauī annis à morte Latini soceri, & anno excidii 8 moritur ipse, anno 3. sui regni. pugnans contra Mezentium Tyrrenorum regem & Rutilorum ducem iterum rebellantium post Turni obitum. Mezentius ab Ascanio victus ad pacem coactus est. Tunc Ascanius oblati Ioui vini primitiis, Vinalia instituit. Successere reges quos supra recensui. Vt vero ab excidio Troiæ ad Romam conditam sunt anni 432. quod supra demonstraui: ita ab inchoato regno Æneæ consequenter ad

2820

Elon 10.
annis.

2823

2825

2828

| Annus Mundi. | Anni Re- gnū Iuda- | Affyriorū Reges |
|---------------------|----------------------------------|--------------------|
| 2830 | Abdon 8. annis. | |
| 2838 | Samson 20. ann. | |
| 2838 vel 2858 | Heli 20. annis. | |
| 2859 | | Tyrius |
| 2868 | | |
| 2878 | Samuel 20. ann. | |
| 2889 | | Dercylus. |
| 2898 | Saul pri- mus Rex 20. ann. | |
| 2899 2900 | | |

Vrbem conditam tantum sunt anni 427. scilicet subductis illis 5. annis de quibus ad an. 2825. & ferè resultat idem numerus ex annis regum Latij vsque ad Romulum positorem ab *Euseb. vide annum 3252.* Mopsus Diuinator viuit. *Cic. 1. de Diuin. Strab lib. 9. & 14.* Calchas illi σὺ γὰρ ποῖος. hic in Troiana expeditione; ille in Argonautica fuit.

ABDON Pharonites, ex Tribu Ephraim, Iudex Israël annis 8. *Iudicum capit. 12. vers. 14.* Hectoris filij, ope Heleni, recuperant regnum Troianum, quod Antenoris filij occupauerant. *Eusebius.*

SAMSON Iudex Israël annis 20. *Iud. 16. vers. 31.* erat de Tribu Dan. *Iud. 13. vers. 2.* An vero solus habeat 20. annos incertum, Conditur vt ferunt ab Ant. nore Patauium in Italia. *Plin.*

HELI ex tribu Leui generis Ithamar, Princeps Sacerdotum, & ab Othoniele Iudex 14. iudicat annis 20. *ex 1. Reg. 4. 18.* Sequimur autem ibi 70. Interpr. quoad hos 20. annos. nam Editio Hebraica dat illi 40. Ita verò scripsisse 70 aiunt *Eusebius, Lucifer, & vetusti Codices, vt notatum est qq. cap. 9. nu. 2.* Sunt qui velint Heli solum quidem rexisse populum annis 20. tamen prioribus 20. annis fuisse collegam Samsonis, & proinde Heli Duci annos dari 40. Sed res in idem recidit, & annus expansus, vt vides, communis erit. Ascianus Latinorum Rex condit Albam longam quæ deinceps Latinorum Regia fuit. indeque Latini dicti sunt Albani: condita est anno orbis 2852.

TYRÆVS 29. Rex Affyriorum, annis 30. *Eusebius.* An sint intermissi Reges alij, *vide qq. capite 5. numero 12.* huius regis auno 9. *scribit Scaliger,* captum Ilium. Sed de eius calculo in Affyriorum rebus, *vide qq. cap. citat.*

SICYONII.

Circa hæc tempora defecit regnum Sicyoniorum, occupatum à Lacedæmonijs, *ex August. 18. de ciuit. cap. 19.* (Lacedæmon alio nomine Sparta dicta est, *de qua 2899 & 3238.*) Post Reges apud Sicyonios constituti sunt Sacerdotes Carni, per annos 32: nempe vsque ad annum 2900. *Vide qq. cap. 6. num. 6.* De huius regni duratione vt variant *Suidas & Eusebius, lege apud eisdem, & Mercatorem anno 2832.* Nos hîc, cum *Eusebio,* putamus regnatum annis 962.

SAMVEL, vltimus Iudex, ex Tribu Leui, Ephratæus, annis 20. & non 40. *vt in qq. cap. 9. in fine.* Arca Domini capta mansit apud Philistæos 7. menses 1. *Reg. 6. vers. 1. de reditu Arcæ, 1. Reg. 6. vers. 13. & cap. 7. vers. 2.* De loco Arcæ, *dixi Matth. 12. vers. 3.*

DERCYLVVS Rex 30. Affyriorum annis 40. *Euseb.* Dauid nascitur. vixit enim 70. annis 2. *Reg. 5. vers. 4.*

REGNUM ISRAEL:

SAVL primus Rex Israelitarum creatur à Samuele, cœpit regnare tempore messis triticeæ: vir de Tribu Benjamin. 1. *Reg. 10. 1. & cap. 13. 1. & c. 12. vers. 17. vide qq. c. 9. in fine.*

CORINTH. REG.

CORINTHIORVM regnum nouum circa hæc tempora exortū, in Alete Rege, ferè ad annum 2899. aut circiter. *vide supra anno 2693.* Deficit ergo nunc Mycenarum regnum pristinum illud, Peloponesum occupantibus Heraclidis in reditu: *ex Thucyd. sub principium lib. 1.* & regnant Corinthi, vbi post annos plusquam 300. succedunt Magistratus, vt Athenis. *Vide 3222.* Rectè putat *Euseb.* exortum hoc regnum sub Dercylo Affyriorum rege: quia coincidit, vt vides, hoc initium cum Heraclidarum descensu, seu regressu in Peloponesum (annis scilicet 120. post herculis ἀποδέωσι) quando regnante Dercylo expulerunt Pelopidas, & regnarunt ipsi deinceps per aliquot annos. hic porrò descensus contigit ferè anno 80. post captam Troiam. *Ex Vell. Pater. & sic incidit in hunc annum 2899.* De his etiam

80. annis satis consentit *Erasthenes apud Clem. li. i. Stromat. vide etiam Didorum in Præfat. Hist. Idem author numerat* ab Heraclidarum descensu ad primam Olympiadem annos 328. tot autem sunt hinc ad annū Orbis 3227. *vide qq. c. 8. Et Tabulam Erasthenis qq. c. 18.* Heraclidæ ergo, seu posterī Herculis, aliquot ante annos pulsi auito Argiuorum regno, tandē iam redeunt in Peloponnesum; & Lacedæmonem, seu Spartam occupant (quando etiam cessat prima Lacedæmonum Dynastia) Argos item & Mycenæ. De Lacedæmoniis iterum *vide ann. 3239.*

Talis ergo Regnorum successio fuit, Argiuorum 2148. Mycenarum 2695. & Corinthiorum. de Heraclidis *an. 2785.*

SAMVEL paulò ante fugam Davidis moritur. *Colligitur ex I. Reg. 25. vers. 1. cum cap. 26. vers. 2. & cap. 27. vers. 1. 2.* David autem fugiens ad Achias Regem Geth Philistæum, manet ibi 4. menses I. Reg. 27. v. 2. 7.

DAVID eligitur Rex Iudæ in Hebron. regnante Hisboseth super Israël. 2. Reg. 2. v. 8 9 10. Regnat David in Hebron, 7. annis, & 6. mensibus, & postea in Hierusalem annis 33 I. Paralip. 3. vers. 4. vixit annis 70. 2. Reg. 5. vers. 4. *Hic post alios obseruat Mercator, Scripturam non valde curare fracturas annorum, & quod in vno omittitur, in alio sæpè compensari. Vide qq. cap. 1.*

DAVID regnat tandem in Hierusalem, pulsus Iebusæis, 2. Reg. 5. Prophetæ Gad, & Nathan. I. Reg. 22 & 2. Reg. 27.

EUPALES 31. REX Assyriorum, annis 38. *Enseb.* Eupacmes ab alijs nominatur.

HERACLIDÆ Atheniensibus bellum indicunt, quòd eiectos à se exules è Peloponneso recepissent. Moniti Heraclidæ oraculo, si victores esse velint, ne hostium regem occiderent: Codrus verò rex Atheniensium audito oraculo, se alium simulans obiecit morti pro salute patriæ: occiditur. redeunt consternati Heraclidæ ad sua. Post Codri mortem cessat regnum Atheniensium, & succedunt Magistratus. *qq. c. 18. in Append. lege de his Eusebium in Chron. Strab. lib. 9. & annum 2899.* De inchoato illo regno Atheniensium, quod iam cessat, *vide ad annum 2443.* Hoc tempore Davidis, Amazones occupant magnam partem Asiæ minoris. De his lege *Strab. lib. 11. & 12.* Idem fecerunt Cymmerij

In hunc Davidis annum 19. incidisse probabile est raptum Bersabææ 2. Reg. 11. post biennium nascitur Salomon sub annū Davidis 21. Quod ex moratemporis interiecti vsque ad Davidis excessum satis colligi videtur. Nam, vt ait ibidem scriptura cap. 13. Absalon postea occiso fratre fugit ad regem Gessur. Nec redijt ad patrem in Hierusalem nisi exacto ferè triennio, de quo agitur *cap. 14.* Deinde aliquot interiectis annis rebellat Absalon, vt narratur *cap. 15.* & deinceps. Et cum constet regnasse Davidē annis quadraginta, oportet à cæso Absalone vsque ad Davidis excessum excurrisse vt minimū duodecim annos. Vnde consequens est Salomonem cum regnare cœpit attigisse annum ætatis suæ 18.

HIRAM Rex Tyri nunc regnare cœpit post mortem patris. eius verò anno 11. vel 12. cœptum est ædificari Templum Salomonis. *Vide Ioseph lib. 8. Antiq. cap. 3.* quamuis de Tyri Regum annis vsque ad conditam à Didone Carthaginem non satis constet. *Vide tamen annū Orbis 3108.*

Hic annus est qui Davidis Regis obitū præcessit, & quo natus est Salomoni filius Roboam, vt narratur *li. 2. Par. c. 12.* Vbi regnasse dicitur Roboam ætatis anno 41. Genitus ergo anno ætatis Salomonis 17. vel 18. *vide annum 3938.* Persuasum habebant Hebræi (quos sequitur Hieronymus epistola ad Vitalem) Salomonem cœpisse regnare anno ætatis suæ 12. Ac sic genuisset Roboam anno ætatis 10. Sane *lib. 1. Paralip. cap. 29.* puer & tenellus vocatur cum regnare cœpit. *וַיִּבְרָא* Hebræicè est *וַיִּבְרָא*. Attamen hæ voces etiam ado-

2918

2919

David 41
annis.

2926

David

2929

Eupales

2931

2938

2952

2958

lescentem significant. Et anni his regibus consignati, dant Salomoni annos vt minimum 17. cum genuit Roboam. probatque Salomonem regnare coëpisse anno ætatis 18.

SALOMON 3. Rex Israël nunc cœpit regnare. 3. Reg. 6. ver. 1. Regnat annis 40. 3. Reg. 11. ver. 41. vixit annis 60. aut certe 59.

TEMPLVM.

Hoc anno 4. Regni Salomonis inchoatum est Templum, mense Ziu. 3. Reg. 6. ver. 1. Finitur hic, quarta Periodus annorum 480. 3. Reg. 6. vide qq. c. 9. n. 2. Mensem Ziu ad Maium retulerunt multi. vide qq. capite 7. n. 10.

PERIODVS QVINTA,
A Templo inchoato ad Captiuitatem,
annorum 412.

De hac Periodo vide qq. cap. 10. n. 2.

| Anni Mundi | Anni Regū Iuda | Assyriorū Reges |
|--------------|----------------|-----------------|
| 2959 | Salomon | |
| 2962 3963 | | |
| 2967 | 5 | Laosthenes |
| 2970 | 11 | |
| 2971 | 12 | |
| 2979 | 20 | |
| 2988 | 29 | |
| 2991 | 32 | |
| 2999 | Roboam | |



AOSTENES 32. Rex Assyriorum annis 45. Euseb.

Hoc anno videtur Salomon inchoasse domum regiam, quam 13. annis perfecit. 3. Reg. 7. ver. 1. Adde 3. Reg. 9. ver. 10. & 11.

Hoc anno 11. Salomonis mense 8. absolutum est Templum, anno. 7. ex quo cœpit ædificari. 3. Reg. 6. ver. 38.

Dedicatio Templi anno 12. Salomonis, die 8. Mensis 7. ex. 3. reg. 38. v. 1. 2.

Hoc 20. Salomonis anno, absoluta est domus regia, deditq; Regi Hirã oppida in terra Galilæe. 3. Reg. 9. v. 10. 11. dedit etiam Hiram Salomoni oppida. 2. Paral. 8. ver. 1. 2. ea muniuit Salomon. *ibid.*

Iam natus est Homerus, hoc est, annis post Ilium euersum 168. Vt rectè colligit Herodotus in Vita Homeri in fine. Sed quod ibi additur, ab Homero nato, vsque ad expeditionem Xerxis esse annos 622. falsum est, vt patet ex nostris annis expansis; & bene obseruat Scaliger Eusebij anno 908. Tot tamen sunt anni ab exordio regni Corinthiorum. seu descensu Heraclidarum, ad illam expeditionem Xerxis, vt anni expãsi ostendunt, Homerus ante mutatum nomen dictus est Malefigenes. Cæterum cum infra ponatur mors Homeri ad annum 3092. oportet vixisse annos ferè 104.

Dynastia 21. Ægypti iam incipit, & durat annis 130. Incidit in tēpora Salomonis.

Hoc anno contigit diuisio Regnorum in Israël. 3. reg. 14. Copulamur verò deinceps hos Reges, vt possumus. non enim exactè fieri hoc potest. Causam refert Geneb. anno 3356. pag. 62. vel sola diuersa initia multum obstant.

REGNVM SALOMONIS
Diuisum.

ROBOAM ergo filius Salomonis regnat in Hierusalem annis 17. ex 3. reg. 14. ver. 21. & 2. Paral. 12. ver. 13. & Ieroboã filius Nabath, serui Salomonis, Rex Israël super 10. Tribus annis 22. ex 3. reg. 14. v. 20. Prophetæ Ahiaz. 3. reg. 11. & 2. Paral. 9.

IEROBOAM Altare facit in Bethel, constituens Sacerdotes Excellentiorum & Idololatriæ. 3. reg. 12. ver. 32. idque ne populus ob consuetas solemnitates rediret ad Roboam, 3. reg. 12. ver. 27. 28.

| Iuda | Anni Regū Israël. | Assyriorū Reges. |
|------|-------------------|------------------|
| 2999 | Roboã 17. an. | Ieroboã 22. an. |
| 3000 | | |

| Annus Mundi | Annus Regni Iuda | Annus Regni Israël | Assyriorum Reges. |
|-------------|------------------|--------------------|--|
| | | | Prophetat Semeias, & à bello dehortatur Roboam, 2. Paral. 11. 12. & 3. Reg. cap. 12. |
| 3003 | 3 | | ROBOAM etiam adorat sculprilia. 2. Paral. 11. vers. 17. vbi dicuntur Hebræi in Iuda tantum 3. annis rectè ambulasse. |
| 3005 | 5 | 5 | Anno ferè 5. Regni Roboam Sefac 4. Rex Ægypti spoliat Hierusalem, & Templum. 2. Paral. 12. vers. 2. & 3. Reg. 14. vers. 25. Addo prophetat. 2. Paral. 6. vers. 29. |
| 3012 | 12 | 12 | Pyrrithiades. PYRITHIADES 33. Rex Assyriorum annis 30. Euseb. |
| 3016 | Abia 3. annis. | | ABIAM Rex Iuda filius Roboam. 3. Reg. cap. 15. vers. 1. & 2. Paral. 13. vers. 1. Regnat tantum annis tribus <i>ibidem</i> . |
| 3019 | Afa 41. annis. | 20 | ASA filius Abia; 2. Par. 14. vers. 1. regnat annis 41. & incipit anno 20. Ieroboam. 3. Reg. 15. vers. 9. 10. Rex pius & bello felix. Prophetat Azarias, 2. Paral. 15. 1. |
| 3021 | 2 | Nadab. | NADAB Rex Israël, filius Ieroboam, cœpit anno 2. Regis Afa, Regnat 2. annis. 3. Reg. 15. vers. 25. Regnat cum patre ferè anno vno. |
| 3023 | 3 | Baasa. | BAASA, filius Abia, de domo Isachar, percusso Nadab, regnat 24. annis. 3. Reg. 15. vers. 28. sed hi anni 24. comprehendere debent duos filij annos. Prophetat Hanani. 3. Reg. 16. v. 7. |
| 3034 | 15 | 11 | ASA anno 15 Regni sui tollit idola. 2. Par. 15. vers. 9. & 10. |
| 3042 | | | OFRATÆVS 34. Rex Assyriorum an. 20. Euseb. vel, vt alij. Ophratæ. |
| 3045 | 26 | Ela. | ELA filius Baasa, regnat duobus annis. 3. Reg. 16. vers. 8. & ferè cum patre, ac proinde non numeratur. |
| 3045 | 26 | Zambri | Hic Dux Regis Ela, occiso domino, vsurpat Regnum 7. diebus, & se cum Palatio incendit. 3. Reg. 16. vers. 10. 15. 18. |
| 3045 | 26 | Amri | AMRI Dux exercitus regnat an. 12. ex. 3. Reg. 16. vers. 21. 23. Samariam extruxit. <i>ibidem</i> vers. 24. & regiam fecit. |
| 3057 | 38 | Achab | ACHAB, filius Amri, regnat in Samaria annis 22. cœpit anno 38. Afa 3. Reg. 16. vers. 29. putatur vno atino regnasse cum patre, aut amplius: quare vix habet 22. annos Chronologicos, nisi duos illi ascribamus annos Ochosia. vide 3077. Eutropius vult nunc conditam in Italia Capuam à latinorum rege Capys. At Velleius ad Procam regem id retulit. |
| 3060 | Iosaphat | 4. | IOSAPHAT, filius Afa, cœpit regnare 4. anno Achab Regis Israël. regnat annis 25. 3. Reg. 22. vers. 41. 42. & 2. Paral. 20. vers. 31. Rex fuit pius, iustus, & felix. Prophetat Elias. 3. Reg. c. 17. & 18. initio. Item Iehu c. 16. vers. 1. Elias queritur se solum esse in Israël, & iubetur vngere Elisæum. 3. Reg. c. 19. |
| 3062 | | | Ophratænes. OPHRATÆNES Rex 25. Assyriorum ann. 50. Euseb. Qui in hoc ordine regnat postea, ab alijs vocatur Ephacheres. |
| 3063 | 3 | | IOSAPHAT aufert Excelsa, & iubet populum erudiri. 2. Par. 17. v. 7. Prophetat Eliezer Pseudopropheta. 2. Par. 20. v. 17. |
| 3077 | 17 | Ochasia. 2. annis. | OCHASIAS, filius Achab, regnat annis hinc notatis 3. Reg. 22. vers. 52. & magnam fortè eorum partè cum patre regnavit, vt apparet 4. Reg. 1. vers. 1. 2. Duos tamen illi do annos, patri detractos. vide 3057. |
| 3079 | 18. finit. | Ioram 12. annis. | IORAM 9. Rex Israël, & frater Ochasia, cœpit regnare annis hinc notatis 4. Reg. 3. vers. 1. ac proinde cœpit regnare non diu post patris obitum, vt anno Ochasia notatum est. Prophetat Elisæus. 4. Reg. 2. v. ultimo, & c. 3. v. 1. |
| 3085 | Ioram 8. annis. | 5 completo. | IORAM Rex Iuda, primogenitus Iosaphat, regnat annis hinc notatis. 4. Reg. 8. v. 16. regnat verò 8. annis. Scilicet post patris mortem 2. Par. 21. vers. 5. & 4. Reg. 8. vers. 17. Regnavit quoque cum patre annis aliquot. Hic vxorem duxit Athaliam, filiam Achab Regis Israël. Vide qq. cap. 11. num. 6. 7. & 8. Sub rege Ioram albulâ nomen mutauit, & Tiberis vocatur à Tiberino Latino- rum rege, qui eo in flumine perijt. De hoc rege lege Dionys. Halicar. |

| Annus mundi. | Agus Regum Iuda. | anni Regum Israel. | Assyrius Reges. |
|--------------|--------------------|--------------------|-----------------|
| 3092 | 7 | | |
| 3093 | Ochofias anno. 1. | II Completo | |
| 3094 | Athalia. | Iehu. | |
| 3101 | Ioas 40. annis. | 7 | |
| 3108 | | | |
| 3112 | | | Astrapes. |
| 3121 | | | |
| 3122 | 23 | Ioas 17. annis. | |
| 3139 | 37 | Ioas 16. annis. | |
| 3141 | Amasias 29. annis. | 2 | |

HO M E R V S nunc moritur, anno post captam Troiã 272. anno verò 160. ante Urbem conditam. *Solin cap. 43. annis saltem 138. ante Hesiodi mortem, ibid. Vide Gellium lib. 17 capite 21. & annum expan(um 3227. & 2988. Herod. in Vita Homeri.*

H I C Ochofias, filius Ioram Regis Iuda. 2. Par. 22. vers. 21. 25. regnat anno Ioram hinc notato. 4. Reg. 8. vers. 25. regnat anno vno. 4. Reg. 8. vers. 26. Occisus est simul cum Rege Israëli à Iehu. 2. Par. 22. vers. 8. 9. & 4. Reg. 9. vers. 24. 27. Vide qq. cap. 11. Non fuisse hinc succisam stirpem Salomonis verius est.

A T H A L I A , de qua 3085. regnat post filium Ochofiam annis 6. & aliquot mensibus. 4. Reg. 11. vers. 3. 4. & 2. Par. 22. vers. 12. cum initio sequentis capitis. & qq. cap. 11. num. 1. 7. Hoc ergo eodem anno, quo Athalia cœpit regnare in Iuda, Iehu filius Iosaphat, filij Nauisi, occisus duobus Regibus (ut supra anno 3093) regnat in Israëli annis 28. ex 4. Reg. 10. vers. 35. Hic Dei iussu extirpator est seminis Achab, occisus 70. filijs Achab cum Iezabele.

I O A S filius Ochofiæ, puer 7. ann. Rex Iuda. 4. Reg. 11. vers. 21. & 2. Par. 24. vers. 1. regnat annis 40 & anno 7 Iehu. 4. Reg. 12. vers. 1. & 2. Par. 23. vers. 2. & 2. Par. 24. vers. 1. hoc tempore Ioidas est Sacerdos, filius eius Zacharias occiditur. 2. Par. 24. de quo Matth 23. agitur, si creditur Hieronymo.

C A R T H A G O.

C A R T H A G O nunc primùm condita est à Didone, sorore Pygmalionis Regis Tyri. *Vide annum. 2952.* Condita verò est annis 143. post Templum Salomonis, ut ait Iosephus, numerando scilicet, ut ego interpretor, à 2. anno inchoati Templi, qui est Orbis, 2965. Iterum condita, & munita fuit Carthago post annos 81. anno orbis 3189. ab hac verò 2. ædificatione, vsque ad primam Olympiadem sunt anni 38. ex Dion. Halic. lib. 1. Tandem autem euerfa est eadem Carthago anno vrbis 607. Confl. Cn. Corn. Lentulo, & L. Mummio, ex Velleio, & Dionysio, hoc est anno Orbis 3858. cum sterisset annis 670. à secunda ædificatione: licet Velleius detrahat 3. annos. qq. cap. 10. num. 6. Hinc patet tantùm 62 annis conditam secundò, ante Urbis Palilia, mendumque est in Iustino, vbi pro 62. annis, ponuntur 72. Lycurgi seculum est, qui tulit Leges Lacedæmonijs, de quarum initio vide an. 2298. Lycurgi tutela spectat ad an 3119. ut habet tabula Eratosthenis c. 18. in appendice. lege Plutar. & Clem. Alexandrinum. Hic Lycurgus Legislato apud Lacedæmonios, fuit regis Polydædis frater. gessit nepotis sui tutelam annis 299. post captum Ilium ex citato Eratosthene.

A S T R A P E S 36. Rex Assyriorum regnat annis 42. *Enseb.* aliàs vocatus Amacyndarapes, vel Acracarnes.

D Y N A S T I A 22. hinc incipit, durat annis 49.

I O A C H A S , filius Iehu, Rex 11. in Israëli, regnat annis 17. Incipit regnum circa annum Ioas 23. omittuntur enim fracturæ annorum incertæ. Hoc eodem anno Ioas instaurat Templum. 4. Reg. 12. vers. 6.

I O A S , filius Ioachas, Rex 12. Israëli, regnat annis hic notatis. 4. Reg. 13. vers. 10. Mercator colligit regnasse duobus annis cum patre.

A M A S I A S , filius Ioas Regis Iuda, Rex Iuda, regnat annis 29. 4. Reg. 14. vers. 2. & 2. Paral. 25. vers. 1. regnare cœpit anno 2. Ioas Regis Israëli. 4. Reg. 14. vers. 1. Caterum vixit 15. annis post mortem Ioas Regis Israëli. 4. Reg. 14. vers. 17. quibus si ad-

| Anni Mundi. | Anni Regni Iuda. | Anni Regni Israel. | Assyriorum Reges. |
|-------------|------------------|--------------------|-------------------------------|
| 3154 | | | Sardanapalus. |
| 3155 | 15 | | Ieroboam 4. annis. |
| 3170 | | | |
| 3170 | Ozias 52. annis. | 15 | |
| 3173 | 3 | | Deficit Assyriorum Monarchia. |
| | | | |
| | | | Medorum Reges. |
| | | | Babylon. Reges. |
| 3173 | | | Arbaces. 28. annis. |
| 3182 | | | Phul. 48. annis. |
| 3189 | | | |

das 14. annos, quos vixit cū Ioa, erūt 29. anni *qq. cap. 11.*
SARDANAPALVS Rex vltimus Assyr. & Babylonix, regnat annis 20. *Vide annum 3173* Circa hoc tempus fundata est Vienna Allobrogum, nunc in Delphinatu. *Ado Chron.* ab exule Africano sic dicta, quod biennio fuisset extructa. à Romanis Senatoria vocata.

IEROBOAM quem Iosephus Iessaban vocat, filius Ioa, reguat in Israel annis hic notatis, *ex 4 Reg. 14. vers. 23.* Hic Rex 13. est pronepos Iehu. *Mercator ad annum 3123 putat*, aut regnasse annis 53. aut fuisse Interregnum 12. annorum. *De quo qq. cap. 11. num. 1.* Ionas Prophetat. *4. Reg. 14. & Ion. 3.*

DINASTIA 23. hic incipit circa principium Regni Ozia. Durat annis 44. *Euseb.*

OZIAS, qui est Azarias, *4. Reg. 15* filius Amasia, regnat in Iuda annis 52. *ibid. vers. 2. & 2. Paral. 26. v. 3.* Ceterum cū *4. Reg. 15. vers. 1. dicitur*, coepisse regnare anno 27. Ieroboam, videtur aliquibus notari annus vitæ Ieroboam, alioqui annus ille videtur esse Regni 15. Sed iam notavi non posse accuratè conferri Reges Iuda & Israel. *Vide rem explicatam qq. cap. 11. num. 1.* Prophetant nunc Ozeas, & Amos.

ASSYRIORVM Monarchia (de qua ad annum 1935.) deficit nunc in Sardanapalo, destructa à Medis, quando scilicet Arbaces Medus, victo Sardanapalo, coepit regnare. *Euseb. Diod. lib. 2. pag. 78 & alij.* Quamdiu steterit collige ex citato anno 1. Nini, & *qq. cap. 5. pag. 2.* vbi citantur opinioniones à numero, 14. Ex hac destructa Monarchia pullularunt varia Regna. Primò quidem, vt hic subijcio, Regnum Medorum in Arbace Rege, vsque ad Darium Medum, & Cyrum, sub quibus soluta est Captiuitas. Mox, ac ferè eodem tempore, nempe post 8. vel 10. annos, incohatum est regnum Babylonix in Phul, primo Rege vsque ad annos mundi 3269. & 3273. quando coepit nouum ac potentius Regnum in Babylonia sub Merodach, vsque ad Baltassarrem, & tempus solutæ Captiuitatis *Vide qq. cap. 10. & 12.*

D F U J S J O MONARCHIA Assyriorum in duo Regna sequentia. vide qq. c. 10.



Ic primus Rex Medorum ponitur, post euersum Imperium Assyriorum. *Euseb. & Diod.* Regnat annis 28. alias Arbactes dictus. Debellator Sardanapali. *qq. capite 10.*

Phul Belochus, post euersam Monarchiam Assyriorum, ponitur primus Rex Babylonix, & partis Assyriæ *4. Reg. 15. vers. 19.* vbi etiam Rex Assyriæ vocatur. *Vide qq. 10. num. 8.*

CARTHAGO seundò condita, & mucita. *Vide 3108.*

| Anni Mundi | Anni Regū Iudæ | Anni Regū Israel | Medorum Reges | Babylonia Reges. |
|------------|--------------------|------------------|------------------------|------------------|
| 3196 | | | | |
| | | | Interregnum 12. annis. | |
| 3200 | | | Mandanes 40. annis. | |
| 3206 | | | | |
| 208 | 38 | | Zacharias 6. men. | |
| 3209 | 39 | | Sellum. | |
| 3209 | 39 | | Manahen 10. annis. | |
| 2134 | | | | |
| 3220 | 50 | | Phaceia 2. annis. | |
| 3222 | 52 | | | |
| | 52 | | Phaceia 20. annis | |
| 3223 | Ioathan 16. annis. | 2 | | |
| | 1 | | | |
| 3224 | 2 | 3 | | |


I N T E R R E G N U M
 Regni Israel per annos fere 12.

MANDANES Eusebio Medidus, Dux Medorum & Rex Assyriorum 40. fere annis, ex Euseb. quare Diod. dans ei 50. putatur computare 10. annos, quibus regnavit cum patre.

MACEDONICVM Regnum hoc anno inchoatur, vsque ad Alexandrum Magnum. Vide qq. cap. 10. num. 12 vbi de Regibus.

Zacharias, filius Ieroboam, sex mensibus regnat. 4. Reg. 15. vers. 8. vide annum 3155. de Interregno, & qq. cap. II. num. I.

SELLVM, filius Iabes. regnat in Israel mense vno. 4. Reg. 15. vers. 43. occiso Zacharia.

MANAHEN, Gaddi filius, de Therfa, interfecto Sellum, regnat annis 10. ex 4. Reg. 15. vers. 17.

DYNASTIA 24 incipit, & durat annis 44. Bocchore Rege, sub quo agnus locutus est. Euseb.

PHACEIA, filius Manahen, regnat in Israel his annis 4. Reg. 15. vers. 23.

HOC anno deficit 2. Corinthiorum Regnum, iuxta Eusebium in Antomene qq. cap. 8. Vide 2899. Scaliger addit duos Reges, & annos 70.

PHACEIA, filius Romeliæ, occiso Phaceia filio Manahen, regnat annis 20. ex 4. Reg. 15. vers. 27 Sub hoc Phaceia, Rex Assyriæ Theglath-Phul Assartrâ-tulit in Assyrios Tribus Rubê, Gad, Nephtalim, & dimidiam Tribum Manasse. 4. Reg. 15. vers. 29 & 1. Par. 5. qq. cap. 10. num. 5. Esaias propheta. Cœpisse debuit Prophetare anno orbis 3195. si inde sunt putandi illi 65. anni, quos c. 7. dat vsque ad captiuitatem 10. tribuû, quæ contigit anno 3260. at sic oportuit longæuum fuisse, si ad Manassen Regem peruenit. Sed consule Lyranum ad c. 7. Isaie, & Hieronymum ibidem. Prophetavit. Item Michæas. Mich. 1. & Obed. 2. Par. 28. & Abdias, cuius quidem non facile annus inuenitur, siue quia Reges fuit, siue quia veteres Scriptores valde discrepant de tempore quo prophetavit. Euseb. in Chron. posuit Abdiam sub Rege Iosaphat, ad annum 1086. quod intactum Præterijt Scaliger. Rectè tamen Aug. lib. 18. de Ciu. cap. 31. errore esse aduertit Librarij, & positum Iosaphat, pro Ioahan. & certè. vt plures veteres cencedunt, fuit Michæas ὁ ὑποφύλαξ Abdias.

IOATHAN Rex Iudæ, filius Oziz, regnare cœpit anno 2 Phaceiæ, filij Romeliæ. 4. Reg. cap. 15. vers. 32. & 2. Par. 27. vers. 1. & 8. attigit annum Regni 16. ex citato cap. 5.

LYDORVM Regnum incipit in Ardifo. Euseb. de hoc tamen initio, vide qq. cap. 10. num. 28. & annum 3458.

LECTORI AVTHOR.

CERNIS Olympiadum prisca hic redeuntia lustra,
 Nexaque quadrato tempora Graeca iugo.
 In Monadas laxata vides quadriennia, gressu
 Ire per assuetas lucidiore vias.
 Prima viam gestis aperire palilia rebus,
 Longa per obscuras secla reducta moras :
 Et fastos, dare secla suis Romana Kalendis.
 Quatuor en stabili tempora iuncta fide.
 Nempe renascuntur curis congesta secundis
 Tempora cuncta tibi, perlege, disce, faue.

OLYMPIADVM
 INITIVM.

| | | | | |
|------|---|---|----|----|
| 3227 | 5 | 6 | 27 | 46 |
|------|---|---|----|----|

Iosathan. Phaccia. Mandanes



OLYMPIADVM origo iuxta verio-
 rem temporis rationem incidit in
 hunc quintum annum Ioathan, sol-
 stitio aestiuo. & perspicue hoc euinci-
 tur 99. c. 10. nu. 15. & 16. Hic idem an-
 nus, est 407. ab excidio Troiano, de
 quo dixi ad annum 2820. repete porto annos 2899.
 3108. infra 3252. 3444. Desisse vero celebrari notat qui-
 dem Genebrar. ætate Theodosij maioris, substitutis
 indictionibus ex Cedreno, & ætate Constantino im-
 perante. Vide tom. 2. an. 312. idem obserua annis hic in-
 sequentibus ab Olympiade prima putandis, quod in-
 fra notatum est ad annum vrbs conditæ, deduplici ad
 iecto anno expanso. Hesiodus obijt sub principium
 Olympiadum seu paulo post. Solin. c. 43. Post Home-
 rum annis circiter 138. Hinc enim, & aliunde petitis
 huius generis argumentis, abunde firmatur hæc res.
 vide annum. 3092.

Olympia.
 anni.

I
 a Solstio anni
 antecedentis.

| | | | | |
|------|---|---|----|----|
| 3229 | 6 | 7 | 28 | 47 |
|------|---|---|----|----|

PLINIUS lib. 36. c. 5. Sculpturæ artem & Cæ-
 laturam adiuventam scribit excurrente prima Olym-
 piade, forte de Europa id dixit. nam in Asia ante 260.
 annos ædificatum Salomonis templum, Cælaturam
 habuit. Exodi c. 29. & de lamina habes Reg. 3. c. 6. vers.
 29.

2

| | | | | |
|------|---|---|----|----|
| 3230 | 7 | 8 | 29 | 48 |
|------|---|---|----|----|

SCRIBIT Eusebius hoc tempore floruisse Arcti-
 num Milesium Poetam. Suidas Homeri discipulum
 facit, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἑὸν Ὀλυμπιάδα.

3

| Orbis | Juda. | Israël. | Medi. | Babyl. | 22 | RERIODVS QVINTA. | Olympia. |
|-------|-------|---------------------|-----------------------|--------|----|---|----------|
| 3241 | 2 | 19 | Sarfo- menes. I | II | | ex Hieronymo supra ad an. 3222. Anno hoc secundo Olympiadis quartæ, Sarfo- menes regnat apud Medos annis 25. Eusebius So- farmum vocat, datque illi 30. annos: nempe superad- dens (inquit Mercator) quinque annos quibus re- gnauit cum filio. qua tamen ratione admitti possint hi triginta anni, tanquàm vere Chronologici, attigi. <i>qq. cap. 10. nu. 12.</i> | 2 |
| 3242 | 3 | 20 | 2 | 12 | | Annus est tertius Olympiadis quartæ, & Iphiti expansus decimus quintus. | 3 |
| 3243 | 4 | Osee. I | 3 | 13 | | OSEE filius Ela, vnus ex ducibus militiæ, occiso Phacea filio Romeliæ vsurpat regnum Israel, anno vigesimo Ioathan regis Iuda. <i>lib. 4. reg. c. 15. vers. 30.</i> hoc est, anno quarto Achaz, qui sanè est vigesimus annus ab inchoato regno Ioathan. | 4 |
| 3244 | 5 | 2 | 4 | 14 | | Annus est primus quintæ Olympiadis, & Iphiti expansus decimus septimus. | 1 |
| 3245 | 6 | 3 | 5 | 15 | | Iuxta Eusebium, sub hunc Olympiadis an- num, constitutus est Ephorum magistratus Sparta, seu apud Lacedæmonios, id agente Theopom- po. accidisse hoc annis 130. a Lycurgo, notat <i>Plutar- chus</i> in Lycurgo, de quo ad an. 3108. Hi præfides erant numero quinque, ab ἐφορᾶν dicti, & quidem annui. <i>vide qq. cap. 8. nu. 9.</i> vbi de regibus & Epho- rum istorum tempore. | 2 |
| 3246 | 7 | 4 | 6 | 16 | | Annus excurrentis habet Olympiadis quintæ annū tertium, & Iphiti expansum 19. | 3 |
| 3247 | 8 | 5 | 7 | 17 | | Quartus est annus Olympiadis quintæ, & expan- sus Iphiti annus vigesimus. | 4 |
| 3248 | 9 | 6 | 8 | 18 | | ATHENIENSIVM decennale imperium in- choat Carops Archon, hac fere ineunte Olympiade sexta, <i>authore Pausania lib. 4.</i> licet Eusebius referat ad 7. Olympiadem. Et probabile quidem est, solitū fuisse deinceps iniri hunc magistratum Athenis cir- ca solstitiū, mēse qui vocatur Ἐκατομβαιῶν. Et Athe- nensibus est anni initium, attingens nostrū Iuniū, <i>vide tamen qq. c. 10. nu. 19. c. 18. & c. 19. de annis Græcorum. Præsertim nu. 26.</i> Sūt ad magistratus annuos anni 70. <i>vide an. 3316. & Sigonium de repub. Athenien- sum.</i> Dionysius pag. 45. videtur coniungere primum initium huius decennalis magistratus cum princi- pio Romuli: sed obiter ille loquitur, & tantum dista- mus quadriennio, suadente Pausania libro 4. | 1 |
| 3249 | 10 | 7 | 9 | 19 | | Est hic sextæ Olympiadis annus secundus, & Iphiti expansus annus 22. florebat hoc sæculo Cina- thon, qui Telegoniæ author putatus est. <i>Euseb.</i> <i>γενεαλογούμενα</i> videntur. Falluntur qui pro Telegonia legunt in Eusebio Theogoniam: cæterum Telegonus non vnus fuit. <i>vide Pontacum ad Euseb. ad an. 520.</i> Theogonia vero est Hesiodi opus. | 2 |
| 3250 | 11 | 8 | 10 | 20 | | Florebat quoque his annis Eumelus poeta qui Bugoniam scripsit, inquit <i>Eusebius</i> . prodiderunt ve- teriores grammatici, apes a poetis dictas Βεγνεϊς. & Βεγόνες. | 3 |
| 3251 | 12 | Osee. I Iustæ | 11 | 21 | | OSEE filius Ela nunc fit legitimus rex Israel, an- no regis Achaz duodecimo. Et regnat deinceps an- nis nouem. <i>vt habetur lib. 4. Regum cap. 17. versiculo 1.</i> | 4 |

ROMA CONDITA.
Palilia.

Roma nunc condita, anno primo Olympiadis septimæ, mense Aprili, Ita *Liuius. Dionysius, & Solinus* c. 2. id ex professo probat. idem prolixè satis asseritur hic *qq. c. 10. nu. 21.* vbi etiã de Palilib°. Romulus hinc regnat annis 37. ex eodẽ Dionysio, cum interregno anni vnus. Duos annos expansos orbis, hic in margine apposui, indicium illius inæqualitatis, quæ ex variis annorum initiis resultans, non patitur primo vrbs anno, respondere vnum orbis annum à Kalendis Ianuarii designatum. De qua annorum orbis & vrbs comparatione *vide qq. c. 18. in appen.* Vides porrò hic & deinceps, componi, & comparari annos vrbs & Olympiadum. Qui similiter sua habent diuersa initia, Aprilem nempe, & solstitium æstiuum, & quidem ita, vt ex duobus annis qui hic & deinceps in columnis componuntur, initium anni Olympici, antecedit initium anni Romani per octo menses. Sicque in præsentia (exempli causa) contingit, vt pene exeunte anno 1. Olymp. 7. (qui est Iphiti 25.) incipiat primus annus vrbs.

Eusebius in Chro. scribit palilibus Remum occisum à Fabro Romuli duce ob transmissũ saltu vallum, & ob Afili impunitatem magnã Romulo coniunctam multitudinem. Primus Romulus, 100. fenes nobilissimos dixit Senatores & patres.

Hic annus vrbs secundus, iniens nunc à Martio, comparatur vt vides cum anno secundo Olympiadis 7. inchoato ab anni antecedentis solstitio.

Exit annus 16 regis Achaz. Et incipit regnare Ezechias filius, in Iuda, completo tertio anno, legitimi regni Osee, seu 4. inchoato, vt ait *Iosephus lib. 9. Antiq. c. 4.* at tertius annus ponitur 4. *reg. 18. vers. 1.* regnat annis 29 ibidem. Et 2. *Paralip. 24.* Prophetat iam Nahum de excidio regis Assyr. & Niniuitarum.

SALMANASSAR (quem aliqui ex Ptolemæo vocant Nabonassarum,) rex Babyloniz & Assyriæ regnat annis nouem, de cuius initio *vide qq. c. 10. & 11. & c. 18. in appendice.* Ab eo deportatæ sunt decem Tribus: vide annum 3259. & 3268. hinc ad Christum sunt anni 746. vt notant Mathematici.

Cum hoc quinto vrbs anno componitur annus primus Olympiadis octauæ. Cui respondent anni Iphiti expansi 29. vt hic, vides in margine. eadem ratio deinceps seruanda.

SALMANASSER rex Assyriorum anno 4. Ezechiz & septimo Osee obsedit Samariam. *lib. 4. Reg. cap. 8. vers. 9.* post duos vero annos capietur. Hoc eodẽ quarto anno à morte Achaz, ablata est gloria Moab per Salmanassarem, de qua loquitur *Esaias cap. 16. vers. 14. & cap. 14. vers. 28.*

| Orbis Anni. | Iudas. | Isrvel. | Medarum. | Babyloniz. |
|------------------------|--------|---------|----------|----------------------|
| 3251 3252 | 13 | 2 | 12 | 22 |
| 3253 | 15 | 3 | 13 | 23 |
| 3254 Ezechias. I | 16 | 4 | 14 | 24 |
| 3255 | 2 | 5 | 15 | Salmana sar. I |
| 3256 | 3 | 6 | 16 | 2 |
| 3257 | 4 | 7 | 17 | 3 |

| V.C. | Olymp. |
|------|--------------|
| I. | 25 7 1 |
| 2 | 2 |
| 3 | 3 |
| 4 | 4 |
| 5 | 29 8 1 |
| 6 | 2 |

| Orbis. | Iude. | Israel. | Medior. | Babyl. | 24 | PERIODVS QVINTA. | V. C. | Olympia |
|--------|-------|------------|---------|--------|----|--|-------|--------------|
| 3258 | 5 | 8 | 18 | 4 | | <p>Notat Eusebius in Chron. ad Olym. 5. circa hæc tēpora, a Theræis conditā Cyrenem, conditorem dat Battum Aristotelem (<i>Battos</i> a linguæ tarditate dictus est.) probabile tamen est non semel deductam fuisse hanc coloniam, nec ab vno Batto. Imo Batti Coloniam longe posteriorem fuisse scribit <i>Solinus</i> his verbis. <i>Ma-ior Syrtis ostentat oppidum, Cyrenas vocant, quod Battus Lacedæmonius Olympiade 45. rege Martio res Romanas tenente, anno post Troiam captam 486. condidit. Que domus Callimachi poetæ fuit & patria.</i> Ita quidem habet <i>Solinus</i> ex vetere Domini- canorum Burdigalensium codice restitutus. Tamen <i>Scaliger ad an. Euseb. 1259.</i> legit Olym- piadem 41. & captæ Troiæ annum 468. sanè locus deprauatus ab aliquo fuit. Et quicquid sit de anno illo ab excidio Ilii, propius ad verum accedit quod de Olympiade habet <i>Scaliger.</i> Attingitque finem regni regis Martii. Incipit Ægypti Dynastia 25. & durat ad annum 3302.</p> | 7 | 31 8 3 |
| 3259 | 6 | 9 | 19 | 5 | | <p>SAMARIA capitur a Salmanassare anno 3. a prima obsidione, & annis hic notatis. <i>Ex lib. 4. Reg. c. 18. vers. 10.</i> Deportatæ sunt decem Tribus Israel in Assyriam <i>lib. 4. Reg. c. 17. vers. 23.</i> ac in regionem incultam, & incolis destitutam, Ar- sareth vocatam. <i>4. Esd. 13. vers. 40.</i> nunquam redierunt. <i>Vide qq. c. 10. nu. 4. & annum 3222.</i></p> | 8 | 32 8 4 |
| 3260 | 7 | Roma. 9 | 20 | 6 | | <p>CESSAT REGNV M ISRAEL. <i>Hic annus quo cessat regnum Israel, est Romuli octauus. Vnde iam initium hic sumitur putandi annos regum Romanorum. Donec his postea eie- ctis ventum fuerit ad consules.</i></p> <p>Romuli hic annus nonus est, compositus cū anno Iphiti expanso 33. qui est Olympiadis nonæ annus primus, iuxta rationem putandi hos annos, supra traditam, & initio Tomi secundi. Incipit Lacedæmoniorum bellum cum Messe- niis. vide 3280.</p> | 9 | 33 9 1 |
| 3261 | 8 | 10 | 21 | 7 | | <p>DIONYSIVS Halicar. & alii raptum Sabinarum, & hinc natum bellum referunt ad annum vrbis quartum. alii citius ortum bellum narrant, cui datur triennium a Liviō & Plutar- cho. victi a Romulo Ceninenses, Antemnates, & Crustumeni, <i>Euseb. Tarpeia clipeis Sabinorum obruta.</i> Vnde Tarpeius mons. Constituta tandem cum Sabinis, & his legibus pax firmata. Sabini donati ciuitate Romana sunt, & vocati a natiuo oppido Quirites. Quibus, & eorum regi Tatio concessus ad habitandum mons, inde dictus deinceps Quirinalis. Idem concessum Tuscis qui adfuerunt Romulo in hoc bello, & eorum regi Cœlio, a quo etiam mons illi datus, dictus est Cœlius. Duobus aduenis regibus æqua erat erga suos potestas, ac Romulo. <i>Plutar. Diony. Liviū Fabius pictor.</i></p> <p>Atque hæc fuere prima Romani imperii initia. Circa hunc vrbis annum decimum, se-</p> | 10 | 34 9 2 |

PERIODVS 5. 25

| Orbis | Iuda | Roma | Medi | Babyl. | V.C. | Olymp. |
|-------|------|------|----------------|----------------|------|--------|
| | | | | | | |
| 3262 | 9 | 11 | 22 | 8 | | |
| | | | | | | |
| 3263 | 10 | 12 | 23 | 9 | | |
| | | | | | | |
| 3264 | 11 | 13 | 24 | Sennacherib. I | | |
| | | | | | | |
| 3265 | 12 | 14 | Artecaramus. I | 2 | | |
| | | | | | | |
| 3266 | 13 | 15 | 2 | 3 | | |
| | | | | | | |
| 3267 | 14 | 16 | 3 | 4 | | |
| | | | | | | |
| 3268 | 15 | 17 | 4 | 5 | | |

quutum est bellum cum Fidenatibus. Narrat Dionysi. Tatum anno 5. ex quo Romam venit occifum, ab his qui Laurentum incolebant. ac sic totum imperium recidisse ad Romulum.

Circa hunc vrbs annu 11. Romulus Fidenates subiugauit, capta eorum ciuitate. Eo Coloniā duxit 2500 ciuium Romanorum.

Florebat his temporibus Sibylla Erythræa, si creditur Eusebio. Et adhuc Eumulus Corinthius poeta de quo supra idem.

SENNACHERIB annis 7. regnat in Babylonia ex Metasthene. an hic sit Nabonassar vide qq. c. 10. Eusebius quidem in Chro. ad 8. Olymp. putat eundem esse regem cum Salmanassare, de quo dixi ad an. 4. v. c. at Tobia c. 1. distinguuntur, vt pater & filius. Pontacus suum excusans Eusebium, vult patrem plura nomina habuisse.

Hoc fere anno Sabuchus Aegypti atque Aethiopiae rex, postquam annis 50. regnasset, sponte se regno abdicat: ne, ad quod Deorum suorum monitu impellebatur, sacerdotes Aegypti omnes teneretur occidere. Diodor. Sic. & Herod. lib. 2.

ARTECARAMVS Medorum rex, annis regnat 32. solent aliqui huic regi annos dare 50. probabilius tamen est quod ait Mercator, eum annis tredecim regnasse cum filio, & quinque cum patre. Ac sic tantum anni triginta duo erunt illi Chronologici.

Scribit Eusebius in Sicilia nunc fundatam Naxum. Plinius Naxum vult prius Tauromenium vocatam. Idem sentit Solinus. Sciliger ad Eusebium putat vtrumque falli.

SYRACVSÆ condita in Sicilia circa hunc annum. Eusebius interponit iuxta aliquot codices triennium a condita Naxo. Thucydides vnum tantum post annum. Syracusæ vrbs fuit inter maximas Europæ vrbes tempore Hieronis & Gelonis, vide an. 3296.

Tobiae historia contigit circa hæc tempora. Nam Tobia cap. 1. fit mentio Sennacherib. Deportatus est, non quidem cum Tribu Nephtalim, de qua ad an. 3222. sed postea, ex Tobia c. 1. vers. 2. scilicet sub Salmanassare, anno 9. v. c. & orbis 3259 vixit vero diutius, nempe sub Manasse. De qua re Pererius Tom. 2. Genes. lib. 15. disput. 8. vide hic infra qq. c. 5. nu 14.

SENNACHERIB (hoc anno vt apparet) obsidet Hierusalem 4. reg. 18. vers. 13. & relicto ibi Rapsace ducit expeditum exercitum contra Aegyptum. Ioseph lib. 10. antiq. c. 2. reuersus in Assyriam occidit (obrem malè a suis gestam Hierosolymis) multos ibi Israëlitas. Tob. 1. vers. 21. sed ipse rex breui occiditur ibid. & 4. reg. c. 19. vers. 37.

| Orbis | Iude. | Roma. | Meda. | Babyl. | 26 PERIODVS QVINTA | V.C. | Olymp. |
|-------|-------|-------|-------|---------------|---|------|---------------|
| | | | | | EZECHIE Aegrotanti dantur 15. anni lib. 4. regum.c. 20. | | |
| 3269 | 16 | 18 | 5 | 6 | Circa hunc annum gessit bellum Romulus cum Camerinis, de quo Plutarchus scribit. victi tandem, & subiugati Camerini, cæsis sex hominum millibus vnico conflictu. Deportati Romam media ex parte Camerini, submissis in eorum locum longe pluribus Romanis. | 18 | 42 II 2 |
| 3270 | 17 | 19 | 6 | 7 | DIVTURNVM & vicennale bellum gesserunt Lacedæmonii aduersus Messenios Peloponesi incolas. Et quidem notat Eusebius in Chronico, captam Messenem sub finem Olympiadis vndecimæ: cum tamen ponat huius belli initium incunte Olympiade 9. ubi enim notat vicennale hoc bellum contra Messenios. Sanè si capta hac vrbe finitum est bellum vt præopere sibi persuasit Scaliger Eusebianus, non satis constabit ratio temporis Eusebiana. sed vide infra. an. v. c. 29. cæterum de progressu huius belli, de iuramenti religione qua se astrinxerunt Lacedæmonii, non redit uros domum, nisi deuictis penitusque excisis hostibus; ac demum de parthenogenitis & lacenarum querelis, ob longam maritorum ab vxoribus absentiam, lege Strabonem lib. 6. Lactan. lib. 1. Diodorum Sic. & Oros. lib. 1. c. 21. ab his parthenogenitis, condita postea fertur Sparta in Italia. An etiam Tarentum condiderint. vide an. v. c. 48. | 19 | 43 II 3 |
| 3271 | 18 | 20 | 7 | Assaradō I | Assaradon filius Sennacherib, occiso patre a conspiratoribus, constituitur rex Babylonix, natu minimus, exclusis fratribus parricidis. vide 4. reg. 19 vers 37. & Esai. c. 26. & 27. a Iosepho vocatur Assaracoldas, lib. 10. antiq. c. 2. Metasthenes Anni dat ei tantum 10. annos. alii 18. sed perinde est. quia in hoc rege nobis finem habent reges Assyriæ; quando post hunc, scriptura aliorum non meminit. Cæterum aliquandiu simul regnarunt, iste quidem in Niuiue Assyriorum, & Mero dach in Babylonia, 4. reg. 19 vers. 36 & c. 20. vers. 12. Tandem tamen Mero dach aucto suo imperio regnabit etiam in Niuiue. 3273. | 20 | 44 II 4 |
| 3272 | 19 | 21 | 8 | 2 | Excrescens in dies Romanorum sub Romulo ditio & potentia, vicinis populis timorem incutiebat; ac tandem eos impulit ad bellum, quo se tutiores fore sperabant fractis Romanorum viribus. in his primi fuere Veientes in Etruria. | 21 | 45 II I |

| Orbis- | Juda. | Roma. | Medorib. | Babyl. | | QVINTA. | 27 | v.c. | Olympia |
|--------|-------|-------|----------|---------------------------|-----------------|--|----|------|---------------|
| 3273 | 20 | 22 | 9 | Meroda. | | FIT MUTATIO DEIN- <i>ceps, & varium inclementum</i> <i>regni Babylonici.</i> | | 22 | 46 12 2 |
| | | | | | | Post cæsum vt dixi à conspiratoribus regem Assyriæ Sennacherib, Assyrii Assaradon filium natu minimum regnare fecerunt, cuius iam hic annus tertius est exclusi regno fratres, quod in patrem Sennacherib conspirassent. De quibus loquitur <i>Esa. c. 37.</i> præsertim in fine, & liber Tobia. hinc natum inter fratres bellum. | | | |
| | | | | | | Interim ergo dum Assaradon Niniuem tenet, bello implicatus fraterno in Assyria: Merodach dux qui Babyloniam administrabat, & forte è Medorum principibus vnus, vsus hac belli occasione, se regem Babylonix dicit, conciliatis sibi vicinis regibus. Tunc misit munera ad Ezechiam <i>Esa. c. 39.</i> vbi rex Babylonix nuncupatur, & <i>ibidem c. 37.</i> Sennacherib vocatur rex Assyriorum: diciturque sedem habere in Niniue. Itaque, vti ex his colligo, nunc saltem vetus regnum Babylonicum, quod etiam Assyriam continebat, in duo regna cæpit esse diuisam. Cæterum ne nomen Assyriæ aliquid ferat ambigui, obserua veteres Hebreos generali nomine vocasse Aram, omnem regionem quæ Euphrate & Tigri irrigatur, & hinc porrigitur ad Ægypti terminos. Græcorum antiquissimi Assyriam dixerunt, quicquid inter Tigrim & Ægyptum est interiectum. At postremo eicit vsus, vt Assyria diceretur Syria, idque tempore etiam Hieronymi, vt ipse notat <i>Isai. c. 20.</i> | | | |
| 3273 | 20 | 22 | 9 | 3 Assyria demiceps. | Babylonis. I | Regni Babylonici initium quasi nouum ponitur nunc, in Merodach filio Baladan. Alii Mardokempadim vocant. an etiam Nabuchodonosor dictus, <i>vide qq. cap. 10. nu. 10.</i> Rectè nunc regnare dicitur Merodach: qui viuebat tempore Ezechia regis Iuda. <i>lib. 4. reg. c. 20. vers. 12.</i> & hinc quidem regnat annis 12. postea de eius Monarchia, quæ erit. 44. annorum. Hic Merodach putatur nepos Salmanassari. | | 22 | 46 12 2 |
| 3274 | 21 | 23 | 10 | 4 | 1 | Ex Etruria primi cum Romanis bellum gerant Veientes. Diuiso exercitu, pars vna in Romulum mouet, a quo reportata victoria cæsi sunt hostium 8000. altera contra fidenates missa, vicit quidem primo congressu. Sed succedens Romulus hostes profligat, cæsis 4000. | | 23 | 47 12 3 |
| 3275 | 22 | 24 | 11 | 5 | 3 | Protrahitur adhuc Lacedæmoniorum cum Messeniis bellum. De quo dixi ad annum vrbis 19. | | 24 | 48 12 4 |
| 3276 | 23 | 25 | 12 | 6 | 4 | Nunc apud Messenios viuebat ille Ophidneus cæcus, qui <i>vt scribit Pausanias lib. C. ii</i> | | 25 | 49 13 1 |

| Orbis Anni. | Iude. | Roms. | Medi. | Affym. | Babyl. | 28. PERIODVS QVINTA | V.C. | Olymp. |
|----------------|----------------|-------|-------|---------------|--------|---|------|---------------|
| | | | | | | 4. insignis habebatur Hariolus. Hippomanes iniit magistratum apud Athenienses. vide an. v. c. 65. | | |
| 3277 | 24 | 26 | 13 | 7 | 5 | Narrat Pausanias lib. 4. Lacedæmonios nunc iusta acie victos a Messeniis. | 26 | 50 13 2 |
| 3278 | 25 | 27 | 14 | 8 | 6 | MESSENIORVM Rex Aristodemus mali dæmonis oraculo credulus, filiam immolat pro salute patriæ, & mox ipse super filia tumulum voluntaria morte extinguitur. Pausan. lib. 4. | 27 | 51 13 3 |
| 3279 | 26 | 28 | 15 | 9 | 7 | POLYDORVS apud Lacedæmonios Rex, de quo qq. c. 8. nu. 9. nunc obiisse potuit, postquam regnasset annis 53. & post triennium obiisse putatur Lacedæmonio in altera familia rex, ut hinc videas iuxta id quod citato capite 8. notatum est, recte potuisse ante 35 annos institui Ephoros, vti obseruo ad annum orbis 3244. 3245. | 28 | 52 13 4 |
| 3280 | 27 | 29 | 16 | 10 | 8 | Post mortem Aristodemi, res Messeniorum in deterius prolapsa semper sunt, & nunc vrbs Ithome Ἰθώμη primaria, post quinque mensium obsidionem a Lacedæmonis capta est & pulsus extra patriæ fines Messenis, finem accepit hoc Lacedæmoniorum bellum vicennale, cœptum anno vrbs 9, seu ineunte Olympiade nona. Vide quæ dixi an. v. c. 19. hoc anno Olympiadis notat Pausanias lib. 3. finitum hoc bellum. | 29 | 53 14 1 |
| 3281 | 28 | 30 | 17 | 11 | 9 | Hic annus est in quem putatur incidisse mors Theopompi, Lacedæmonii regis. sub finem nempe belli Lacedæmoniaci, vti ait Pausanias. | 30 | 54 14 2 |
| 3283 | 29 | 31 | 18 | 12 | 10 | Caræ populi insulani, piratica famosi, quorum meminit Virgilius 8. Aeneid. hi nunc mare obtinuerunt, vt aliqui legunt apud Eusebium. Et post hos, interiectis aliquot annis Lesbii. Euseb. | 31 | 55 14 3 |
| 3283 | Manasses. I | 32 | 19 | 13 | 11 | Manasses filius Ezechia, regnat annis 55. in Iuda, ex 4. reg. c. 21. vers. 1 & 2. para. c. 33 vers. 1. hic vixit initio regni impie. Vt sacra restatur historia. Et sanguinem fudit innocentem in Hierusalem, citato cap. 21 de cæde Esaia infra anno v. c. 43. | 32 | 56 14 4 |
| 3284 | 2 | 33 | 20 | 14 | | Hic dici potest vltimus annus regis Assaradon, quem supra anno vrbs 20. cœpisse regnare dixi; & exacto biennio factum Ninieum. Sed parum refert, siue hoc anno regni 12. siue etiam decimo, numerando a Ninie dicatur regnasse. sequitur Monarchia Merodach. | 33 | 57 15 1 |
| 3285 | 3 | 34 | 21 | Merodach I | | Merodach, aucto per hos exactos annos regno Babylonico, putatur nunc Monarchiam constituisse; & hoc nouo titulo imperabit deinceps annis 40. Mercator ex Eclipsi partē etiā anni designat, ad annum suum 3246. extinctum deinceps in vni- | 34 | 58 15 2 |

| Orbis | Inde | Roma | Medi | Babyl. | | V.C. | Olymp. |
|-------|------|------------|------|--------|--|------|--------|
| | | | | | ni historia, reperitur Assyriorum regum, vt hinc grauis sit coniectura à Merodacho esse deletū, qui iam latè incipit imperare, <i>vide an. 3271. & 99. c. 5. in fine.</i> Prophetat Abacuc sub Manasse. | | |
| 3286 | 4 | 35 | 22 | 2 | THASVS Θάσιος vrbs nunc cōdita, ex Clem. Alex. Thraciæ vrbs fuit, vel in insula Thaso Ægai maris, & Thraciæ proxima. Vide Appollodorum. <i>περὸς τῆς θράκης νήσους</i> inquit Stephanus. | 35 | 59 |
| 3287 | 5 | 36 | 23 | 3 | Ad hoc tempus referunt aliqui certamen illud inter Lacedæmonios & Argiuos, in quo à trecentis vtrinque pugnatoribus deletis depugnatum est, lis erat de agro Thyreatico. Occubere omnes præter duos Argiuos, & Lacedæmonium vnum, qui graui vulnere accepto habitus est pro mortuo. Hic tamen, cum abiissent duo superstites Lacedæmonii velut victoria potiti, ad se reuersus spolia cæsorū detracta erexit in Trophæum, & signum victoriæ, lege Pausaniam <i>lib. 3</i> Hoc tempore gestum bellū istud in Thyrea author est Eusebius. at Solinus hoc Thyreaticum bellum ad alia retulit tempore. meminit quoq; Ouid. in fastis de Termino. | 36 | 60 |
| 3288 | 6 | 37 | 24 | 4 | GYGES 5. Lydorum Rex nunc incipit regnare, occiso Candaule, & excurrente anno quo obiit Romulus. Ab hoc Lydorum Rege Herodotus inchoat suam historiam. Succedūt alii Reges vsque ad Cræsum abnepotem captū à Cyro, anno vrbs 207. <i>vide 99. cap. 10. num. 28.</i> Incidit mors Romuli in hunc vrbs & regni annum 37. de eius Apotheosi, & interregno, anno insequenti. | 37 | 61 |
| | | | | | CICERO, & post eum <i>Plin. lib. 19. ad Luciliū</i> , narraht, die quo obiit Romulus contigisse eclipsin anno primo Olympiadis 16. à quibus Iphiti annis sexaginta & vno expansis, si subducas annos 24. exhibunt anni 37. quibus regnauit Romulus à primis palilibus huc vsque inclusiue. quæ res satis confirmat prima palilia, & fundamenta vrbs incidisse in annum primum Olympiadis septimæ, vt alibi est probatum. | | 16 |
| | | | | | Hoc tempore floruisse dicitur Sibylla quæ Samia vocata est, <i>ex Cicerone 1. Tusculana quæstione.</i> Sed de Sibyllis quarum tempora satis non sunt explorata, dicendum alibi est. de his lege <i>Solinum, & hic ann. 3293.</i> | | 1 |
| 3289 | 7 | 0 | 25 | 5 | ROMVLVS qui apud Capræ Paludem (inquit Eusebius) nusquam comparuit, suadente Iulio Proculo Quirini nomine consecratus est. Mortuo Romulo hic annus interregnum habuit, quādo per quinos dies, Senatores rempub. rexerūt, & sic per vices regiū mun ^o obibāt. <i>Plut.</i> | 38 | 62 |
| 3290 | 8 | Numa. 1 | 26 | 6 | NUMA Pompilius secundus rex Romanorum, regnat annis 43. <i>ex Solino cap. 2. & Dionysio Halicar.</i> qui affirmat potitum regno post mediū Olympiadis 16. incidit ergo in hunc orbis annū, & vrbs 39. Hic rex castigato anno dicitur, adiecisse menses Ianuarium, & Februarium. vide <i>Plutarchū</i> in vita Numæ, & Macrobiū <i>Saturnal.</i> | 39 | 63 |
| | | | | | | | 16 |
| | | | | | | | 3 |

| Oebis | Iude | Rom | Medo | Babyl. | 30 | PERIODVS 5. | V. C. | Olympic. |
|-------|------|-----|---------------|--------|---|-------------|---------------|----------|
| 3291 | 9 | 2 | 27 | 7 | lib. 1. cap. 13. lege tamen infra hic q. cap. 10. nu. 26. & 27. Numæ ad regni statum formandum profuit Pythagoras quidam Lacedæmonius, & victor Olympicus. <i>Plutar. in Numa.</i> N V M A Martiam urbem Romam, & tantū bella spirantem, ad pacis studium ac politicam viuēdi rationem efformauit. hic multa de Deo & religione edixit, seruatiq. fecit. tēpla fidei & Termino erexit. Deum nec pati, nec videri posse docuit. vestales virgines Romæ instituit. his aliisque modis à bellis ad pacem, & Agriculturæ studia; à vitius ad honestam viuendi rationē suos auocabat, opinionem quoque de eius sapientia auxit anni reformatio, cum ostendisset lunæ cursum peragi 354. diebus: solis vero diebus 365. totis 43. an. quibus regauit, clausū māsit Iani templum. <i>vide Plutar. in Numa.</i> Dicit post obitū felix seruata lege naturæ potuit hic Rex. | 40 | 64 16 4 | |
| 3292 | 10 | 3 | 28 | 8 | A S T A C V S condita, quæ postea, Nicomedia dicta est. <i>Euseb. subindicat Strabo li. 10. duas fuisse Astacos. Pausanias lib. 5. à quodam Zipoete Thrace conditam scribit. Strabo Megarēsium opus esse dicit fuit hic Zipoete, pater Nicomedis, eius qui nomen vrbi Nicomediæ dedit.</i> | 41 | 65 17 1 | |
| 3293 | 11 | 4 | 29 | 9 | S I B Y L L A Herophila in Samo insignis habetur. <i>Euleb. Chron. de Sibyllis vide Lactantium & Augustinum. nouem à Clemente hæ numerantur. Σαμία, Κολωφονία, Κυμαία, Ερυθραία, Φυλώ, Ταρχεάνδρα, Μακέτις, θετταλή, θεσπρωτις. Cic. i. Tuscu. ait Archilochū philosophū floruisse sub Romulo.</i> | 42 | 66 17 2 | |
| 3294 | 12 | 5 | 30 | 10 | Habet <i>Eusebius in Chro. à Manasse interfectum Isaiam, & positā statuam quinque facies habentem. vtrumque habet, Cedrenus. sed Statius ait fuisse τετραπρόσωπον εἶδωλον τῆ Διός. eadem habet Suidas.</i> | 43 | 67 17 3 | |
| 3295 | 13 | 6 | 31 | 11 | Apud <i>Eusebium in Chron. hæc habentur, Numa Congiarium dedit, asses ligneos & scorteos. quibus ostendit à Numa vsum nūmorū ligneorum & scorteorum introductum. Cedrenus tamen scribit ab eodem rege sublatum, & eum asses æreos largitum. de his hæc Isidorus. Numi à Numa rege vocati sunt, qui eos primū apud latinos imaginibus notauit, & titulo nominis sui proscriptit.</i> | 44 | 68 17 4 | |
| 3296 | 14 | 7 | 32 | 12 | C R O T O N A in Apulia his annis fundata est à Miscello, aliquot annis post cōditas Syracusas. quas fundauit Archias Corinthius. <i>lege Dionys. Halic. li. 2. alii aliā dāt Chronologiā. vide ꝑ. 3267.</i> | 45 | 69 18 1 | |
| 3297 | 15 | 8 | Arbīanes 1 | 13 | A R B I A N E S seu Cardiceas videtur filius Artecarmi. regnat apud Medos. <i>Diodorus dat ei annos 22. Eusebius vero tantum 13. sanè 13. annis regnasse cum patre, non malè colligit Mercator. & sic tantum 9. annos solus regnauit: quibus mortuo iam patre, certabit de regno cum Deioce. vide annum V. C. 55.</i> | 46 | 70 18 2 | |
| 3298 | 16 | 9 | 2 | 14 | Ante paucos an. Ægyptus cepit esse sine rege. mortuo enim Sethone Vulcani sacerdote, electi sūt 12. optimates, qui rēpublicam administrarūt sub aristocratia ā 14. <i>Hero. l. 2. n. 92. & 93. Diod. l. 2</i> | 47 | 71 18 3 | |

| Orbis. | Iude. | Roma. | Medorib. | Babyl. | PERIODVS 5 | 31 | P. C. | Olympia. |
|--------|-------|-------|--------------|--------|---|----|---------------|----------|
| 3299 | 17 | 10 | 3 | 15 | PARTHENIÆ seu Parthenogeniti de quibus supra ad an. vr̄bis 19. prouectioris iam ætatis effecti, Sparra pulsi sunt. qui in Italiã delati duce Phalanto, aliam ibi condidisse Spartam dicuntur. narrat <i>Strabo</i> condidisse eos Tarentũ. tamen <i>Iustinus lib. 3.</i> vult urbem hanc tantum ab his auctam pulsis incolis, & inde nomen conditorum inuenisse. | 48 | 72 18 4 | |
| 3300 | 18 | 11 | 4 | 16 | CORCYRA à Corinthiis conditur. hæc esse Corinthiorum coloniam, notat etiam Thucydides. est hæc vr̄bs in insula cognomine, quæ vulgo hodie Corfou, nominatur. | 49 | 73 19 1 | |
| 3301 | 19 | 12 | 5 | 17 | TERPANDER musicus insignis floret nũc ex Clemente Alexandrino, citat Xanthum Lydium. Terpander primus, poeticam orationem adhuc arctiore lege solutam, constrinxit numeris. <i>vide an. V. C. 109.</i> | 50 | 74 19 7 | |
| 3302 | 20 | 13 | 6 | 18 | DYNASTIA Ægyptiorum 26. ad hunc annum consignatur, post aristocratiam 14. annorum. Durat hæc Dynastia annis 174. <i>vide annũ V. C. 216.</i> | 51 | 75 19 3 | |
| 3303 | 21 | 14 | 7 | 19 | NUMA Rubigalia instituit, seu festos dies quo tempore rubigo segetes occupare solet, vt notat <i>Plin. lib. 8. c. 29.</i> tria erant tempora inquit ille, quib⁹ homines metuebãt frugib. hinc instituta Rubigalia, floralia & vinalia. refert tamẽ Plinius instituta Rubigalia, anno vndecimo Numæ. | 52 | 76 19 4 | |
| 3304 | 22 | 15 | 8 | 20 | PARION vr̄bs in ora Hellefpõti iuxta Lãpfacum, nunc condita putatur. <i>Euseb.</i> Hinc prodiit Neoptolemus Parianus poeta. retinere hodie dicitur vetus nomẽ. <i>Scaliger</i> vult Eusebium loqui non de primo conditu, sed de instauratione, aut deducta colonia à Milesiis & Erythræis. | 53 | 77 20 1 | |
| 3305 | 23 | 16 | 9 | 21 | SIBARIS inquit Eusebius sub idem tempus quo Parion condita. nempe ab Achæis. sepius euersa iterumque instaurata. <i>vide Diodor. lib. 12 & Athenæum lib. 12.</i> Sibaritæ certamen Olympicum ad se trahere conati sunt, ob id semel à Crotoniatis oppressi. | 54 | 78 20 2 | |
| 3306 | 24 | 17 | Desoces 1 | 22 | DEIOCES exactis 9. annis contentionis cũ Cardicea, tandem absolutẽ regnat. Huic <i>Diodorus</i> rectẽ dat 40. annos. quod autem <i>Herodotus</i> det annos 53. est, quia addit annos qui non sũt Chronologici, de quibus dixi ad annum vr̄bis 46. sequor <i>Diodorum.</i> <i>Eusebius</i> dat illi annos 54. ex eodẽ fonte petitos quo Herodotus. Hic Rex Ecbatanam condidit. <i>Euseb.</i> In libro Iudith vocatur Arphaxad. <i>vide qq. cap. 10. nu. 12. & nu. 36.</i> de nomine Ecbarana, multa congerit apud Eusebium <i>Scaliger. ad an. 1309.</i> | 55 | 79 20 3 | |
| 3307 | 25 | 18 | 2 | 23 | INDITHÆ historia circa hæc tempora accidit, idque tempore Manassis, forte anno hoc orbis 3307. rediit ille è Babylone, 2. <i>Paralip. c. 33. vers. 13</i> & fortassis hoc anno, vt infra ad annum vr̄bis 63. Ab eius reditu vsque ad Ioachaz Regẽ, pax perpetua fuit, quæ describitur Iudith capite ultimo. <i>vers. 30.</i> Conformis quoque huic año est Pontificatus Eliacim de quo in historia Iudith. <i>vide qq. c. 10. nu. 36.</i> | 56 | 80 20 4 | |

| Or. | Inac | Roma | Medo | Babyl. | 32 | PERIODVS 5. | V.C. | Olympic. |
|------------------|------|------|------|--------|----|--|------|---------------|
| 3308 | 26 | 19 | 3 | 24 | | PHASILIS in Pamphilia circa hunc annū condita, sub idem tempus quo Gelain Sicilia. Phasilida conditam à Lacio, & Gelam ab Antiphemo à veteribus proditū est. Fratres hi erāt. | 57 | 81 21 1 |
| 3309 | 27 | 20 | 4 | 25 | | GLAVCVS CHIVS inquit <i>Eusebius</i> , primus ferri Glutinū excogitavit, & artē iungēdi ferrū adinuenit. Hinc proverbiū Τάυνη Τέχνη. | 58 | 82 21 2 |
| 3310 | 28 | 21 | 5 | 26 | | Ægyptiorum Dynastias & principes hactenus dedit <i>Eusebius</i> , & nunc etiam excurret tempus Dynastiæ 26. de qua ad annum vrbis 51. video tamē ab <i>Herodoto</i> alios quā qui sunt apud <i>Eusebium</i> dari Ægyptiorum Reges, sumpto initio à quodam Psammetico. à cuius tempore Græci scriptores res Ægyptiorū narrare ceperunt. <i>Herodot. lib. 2. Diodor.</i> | 59 | 83 21 3 |
| 3311 | 29 | 22 | 6 | 27 | | HIPPONAX Poeta nunc floruisse dicitur ab <i>Eusebio</i> . tamen <i>Plin. lib. 36. c. 5.</i> Scribit fuisse Olympiade 40. multis hoc annis abest à tempore quod illi dat <i>Eusebius</i> . | 60 | 84 21 4 |
| 331 ² | 30 | 23 | 7 | 28 | | Hoc anno vrbis 61. qui est primus Olympiadis 22. nihil memorabile occurrit notandum. interim vides hunc Olympiadis annum in suo quadriennio clausum, si expandatur reddere annum Iphiti 85. & ita deinceps. | 61 | 85 22 1 |
| 3313 | 31 | 24 | 8 | 29 | | Consentientem semper intuere annum vrbis cum annis Iphiti iuxta traditum canonem initio tomī 2. si enim exempli gratia ad annum 62. vrbis nūc excurrentē, addas 24. exhibit Iphiti annus 86. quæ regula perpetua est. | 62 | 86 22 2 |
| 3314 | 32 | 25 | 9 | 30 | | Hic annus ex probabili Coniectura septimus fere est à reditu Manassis è Babylone, concessa libertate de qua 2. <i>Para. c. 33.</i> dedit hæc in captiuitate vexatio intellectum. ergo restitutus regno, idola abstulit, Dei cultum restituit, & alia his annis peregit, quæ eodem c. 33. narrantur. hinc vsque ad eius obitum sunt anni ferè 24. | 63 | 87 22 3 |
| 3315 | 33 | 26 | 10 | 31 | | De muro quem extruxit Manasses post reditū, & militiæ ducibus per ciuitates Iuda constitutis habes 2. <i>Paralip. c. 33.</i> in quo Rege & filio impio factis apparet, Deū propter regū peccata regna trās ferre, & interdū penitus nisi resipiscāt euertere. cuius rei illustre dabit breui exemplum captiuitas 70. annorum Babylonica, & omnibus notissima <i>αιχμαλωσι α.</i> | 64 | 88 22 4 |
| 3316 | 34 | 27 | 11 | 32 | | Hoc anno qui est 68. à coepto Decenniali Magistratu Atheniensium, incipiunt Magistratus esse ann ui apud Athenienses. Velle. <i>vide qq. c. 10. nu. 19. & c. 18. nu. 10.</i> rectè hoc initium datur. nam vt scribit <i>Pausanias</i> , annus quartus Hippomenis apud Athenienses incidit in finem belli Messeniaci, qui contigit anno 1. Olyp. 14. vt supra nato. ergo primus huius Archontis atticī, est primus annus Olyp. 13. Ab huius autem Hippomenis primo anno, sunt anni 40. vsque ad initium annui Magistratus atticī, quod proinde pro sede tēporis habet ānos hic in magine notatos. | 65 | 89 23 1 |
| 3317 | 35 | 28 | 12 | 33 | | Scribit <i>Eusebius in Chron.</i> nouem Magistratus seu Archontes ex nobilibus vrbis electos in anno illo imperio, præfuisse reipub. Athenis. | 66 | 90 23 2 |

| Græcis | Iude | Romæ | Medo. | Baby. | PERIODVS | f. | 33 | V. C. | Olympiad |
|--------|------|------|-------|---------|---|----|----|-------|----------|
| | | | | | horum primus Eponymus dicebatur, qui nomen dabat anno; vti consul inter Romanos. secundus Rex. tertius Polemarchus. sex alij Thesmothetæ; De his <i>Plutar. in vita Demetrii</i> , ὁ 18 ἐνιαυτῶ ἐπώνυμος, ὁ βασιλεὺς, ὁ πολέμαρχος, οἱ ἐξ θεσμοθεταί. | | | | |
| 3318 | 36 | 29 | 13 | 34 | CHALCEDON condita à Megarensibus <i>Euseb. Strabo.</i> iuxta bosphorum Thraciæ. conditores postea nūcupati cæci, quod in aduersa maris ora vibem non condidissent, vbi postea Bizantium, & Constantinopolis. | | | | |
| 3319 | 37 | 30 | 14 | 35 | Hic est annus 39. à finito primo bello Messeniaco (de quo supra ad an. vrbis 29.) quando Messenij patria extorres arma mouent in Lacedæmonios. quod secundum cum Lacedæmonijs bellum durasse annis 17. scribit. <i>Pausan. lib. 4.</i> | | | | |
| 3320 | 38 | 31 | 15 | 36 | EUSEBIVS notat, hoc tempore urbem Locros in Italia conditam. alij volunt esse coloniam à Latino Syluio ductam. sunt eiusdem nominis vrbes in Asia, & Africa. <i>Eusebius</i> Locris Cyzicum adiungit. quæ vrbs in insula est ad Propontidem. vide de Locris <i>Strab. lib. 6.</i> | | | | |
| 3321 | 39 | 32 | 16 | 37 | MESSENI instructo exercitu configunt cum Lacedæmoniis. strenuè vtrinq; pugnatū est ad Deras Messeniæ vicum. & æquo Marte discedunt. | | | | |
| 3322 | 40 | 33 | 17 | 38 | ARISTOMENES spectatæ iam ex superiori pugna virtutis & industriæ, Dux totius militiæ à Messeniis constituitur, interim dum Lacedæmonij oraculum consulunt de Duce sibi deligendo. reliqua de hoc bello, lege apud <i>Pausaniam lib. 4. & Iustin.</i> | | | | |
| 3323 | 41 | 34 | 18 | 39 | Hic annus nihil habet memorabile præter apparatus bellicum inter Lacedæmonios. & Messenios, qui Iram iam incolebant, seu Iren, ad finem Messeniæ. | | | | |
| 3324 | 42 | 35 | 19 | 40 | Hoc ferè anno cœpit obsideri Ira à Lacedæmonijs. Duratque obsidio annis vndecim, vt <i>author est Pausanias.</i> | | | | |
| 3325 | 43 | 36 | 20 | Ben. i. | BEN MERODACH Rex Babylonix & Assyriæ regnat annis 21. <i>Euseb.</i> obiit nunc Merodach Baladam pater, de quo supra | | | | |
| 3326 | 44 | 37 | 21 | 2 | | | | | |
| 3327 | 45 | 38 | 22 | 3 | | | | | |
| 3328 | 46 | 39 | 23 | 4 | Hoc anno V. C. fundatam Interamnam in Vmbria, testatur reperta ibi vetus inscriptio. | | | | |
| 3329 | 47 | 40 | 24 | 5 | | | | | |
| 3330 | 48 | 41 | 25 | 6 | | | | | |
| 3331 | 49 | 42 | 26 | 7 | | | | | |

| Orbis. | Indic. | Roma. | Medorū. | Babyl. | 34 PERIODVS QVINTA. | V. C. | Olympic |
|--------|-----------|-----------|---------|--------|---|-------|----------------|
| 3333 | 51 | Tullus I. | 28 | 9 | Exactis iam annis 43. Numæ, hic primus est annus quo regnare incipit Tullus Hostilius tertius Romanorum rex, ex Dionys. Halic. & Solino c. 2. qui addit obiisse Tullum Olympiade 35. atque ita succedit Ancus anno V. C. 113. regnabit Tullus annis 32. | 82 | 106 27 2 |
| 3334 | 52 | 2 | 29 | 10 | Propheta Abacuc his Manassis temporibus vaticinatur, & magna ex parte cōtra Chaldæos; loquens de eorum aduentu & euersione vrbis Hierusalem. quod pro legitimo argumento est; eum esse vaticinatum satis diu ante captiuitatem Babylonicam, nec esse illum qui prædiū detulit Danieli. sanè ante captiuitatem prophetaffe scribit Epiphanius, & Danielis illa historia, si bene obseruetur tempus quo contigit, satis ostendit non hunc Abacuc, sed alium cognominem ad Danielem missum. vide annum vrbis 195. & 99. c. 14. an. 25. | 83 | 107 27 3 |
| 3335 | 53 | 3 | 30 | 11 | TULLVS HOSTILIVS Romam curat instaurari, quam variis ornauit extructis ædificiis; non minus sollicitus de dilatado vrbis imperio. Solin. Dionys. | 84 | 108 27 4 |
| 3336 | 54 | 4 | 31 | 12 | Bellum motum inter duos cognatos populos, qui Romam & Albam incolebāt. sed mortuo C. Cluilio apud Albanos dictatore, Metius Sufferius ei subrogatus effecit, vt paucorū certamine res tota dirimeretur. itaque pugnatum est pro Romanis à tribus Horatiis. & pro Albanis à tribus Curiatiis. cæsis duobus Horatiis tertius tres Curiatios occidit. & Romanis cum hac victoria mansit prærogatiua imperii & προσηγορις. Dionys Halic. Capta à Lacedæmoniis Era, & profligati messenij traiciunt in Siciliam vbi messanam vel extruunt, vel restaurant. Pausan. lib. 4. | 85 | 109 28 1 |
| 3337 | 55 | 5 | 32 | 13 | Scribit Plutar. lib. de fortuna Rom. ob hoc quod recensui bellum cum Albanis, referatas Iani portas; mansisseque deinceps apertas annis saltem 480. de qua re aliter videtur sentire in Numa. | 86 | 110 28 2 |
| 3338 | Ammon I. | 6 | 33 | 14 | AMON, manasse patre mortuo regnat annis 2. ex 4 reg. c. 21. vers. 19. & lib. 2. Paralip. c. 33. vers. 21. Eusebius, Philo & Nicephorus dant illi annos 12. sequuti 70. interpretes, vt sibi forte persuadent. sed loca scripturæ quæ citauī clara sunt. vide 99 c. 11. nu. 6. | 87 | 111 28 3 |
| 3339 | 2 | 7 | 34 | 15 | Corinthij hoc anno Corcyram inuadunt: nauali prælio pugnatum est. terra sæpe, tamen mari non prius à Græcis cōmissū bellum scribit Thucid. lib. 1. contigit hæc pugna annis 260. ante belli Peloponesiaci finem, quem infra habes ad annum V. C. 548. | 88 | 112 28 4 |
| 3340 | Iosias I. | 8 | 35 | 16 | IOSIAS filius Ammon regnat annis 31. ex lib. 4. Reg. c. 22. vers. 1. & lib. 2. Paral. c. 34. vers. 1. | 89 | 113 29 1 |
| 3341 | 2 | 9 | 36 | 17 | SOPHONIAS Propheta vaticinatus est sub Iosia, vt ipse cap. 1. scribit. prædicat Babylonicum exilium, & cum insuper in idola inuehatur; quæ constat tamen subtrata à Iosia anno re- | 90 | 114 29 2 |

| Orbis | Iude | Roma | Aledo. | Baby. | PERIODVS V. | 35 | V. C. | Olymp. |
|-------|------|------|---------------|--------------------|---|----|----------------|--------|
| | | | | | gni 18. <i>ex lib. 4. Reg. c. 23.</i> & prius etiam sublata excelsa 2. <i>Paral. c. 24.</i> hinc inquam efficitur vaticinatum Sophoniam sub initium Regni Iosia. | | | |
| 3342 | 3 | 10 | 37 | 18 | ARTION Methymnæus, insignis citharædus & Dythicambi putatus author: dum è Sicilia in Græciam redit, datus præceps in mare à nautis est. Sed dorso exceptum Delphinus aduexit in patriam. Historia vera habita est, non fabula. quam contigisse Olympiade 29. scribit <i>Solinus c. 13</i> statuæ meminit æneæ, hominē delphino insidentem referentis. <i>vide an. V. C. 169.</i> | 91 | 115 29 3 | |
| 3343 | 4 | 11 | 38 | 19 | Messenij qui reliqui manserant permittentibus Lacedæmoniis in patria; nunc dura præfiseruitute rebellant. <i>Pausan. lib. 4.</i> | 92 | 116 29 4 | |
| 3344 | 5 | 12 | 39 | 20 | ZALEVCVS Locrorum in Italia Legislator, nunc floruit, <i>ex Euseb. Chron. & lib. 10. de præp. Euan. idem scribunt de Locrensiū legibus ab eo latis Clemens. Valer. Max. & Strabo, Diodor. Sic. lib. 1.</i> ait fuisse discipulum Pythagoræ. qui tamen non venit in Italiam ante primos virbis consules, exactis regibus. | 93 | 117 30 1 | |
| 3345 | 6 | 13 | 40 | 21 | Scribit <i>Pausanias</i> Milciadem gessisse Præturam Athenis hoc anno 2. Olymp. 30. eodem etiam tempore exoritur bellum inter Lacedæmonios, & Arcades, capta Phigalia vrbe à Lacedæmoniis. | 94 | 118 30 2 | |
| 3346 | 7 | 14 | Artines 1. | Nabopolassar 1. | ARTINES 7. Medorum Rex, ab aliis vocatur Phraortes (à <i>Pausania lib. 4.</i> Aphraortes) mortuo Deioce patre regnat annis 22. completis. <i>Diodor. Herod. At Eusebius</i> dat annos 24. fortè quia duobus annis regnauit cum patre inquit <i>Mercator.</i> | 95 | 119 30 3 | |
| | | | | | NABOPO LASSARVS (ab aliis nominatus Nabuchodonosor primus) regnat annis 29. <i>ex Beroso.</i> apud Iosephum: aut 28. annis completis. <i>vide qq. c. 10. nu. 11. pater est Nabuchodonosor magni. qq. c. 10. nu. 11.</i> | | | |
| 3347 | 8 | 15 | 2 | 2 | BYZANTIVM nunc conditum scribit <i>Eusebius.</i> alii ad alia referunt tempora. <i>Cassiodorus</i> cum Chalcedone putat primò urbem hanc extructam. Denique quod Byzas Magarensiū Dux Byzantium condiderit author est <i>Stephanus</i> , imò & <i>Eustachius. Iustinus lib. 9.</i> videtur conditorem facere <i>Pausaniam.</i> rectius Byzantem dixisset. à <i>Pausania</i> postea eò ducti coloni. | 96 | 120 30 4 | |
| 3348 | 9 | 16 | 3 | 3 | CYPSELVS Corinthius sublata Olygarchia princeps apud suos constituitur, & regnat annis 30. cui succedit filius Periander. <i>Arist. lib. 5. Polit. Euseb. & Herod. Scaliger</i> retulit hoc initium ad an. 2. Olympiadis 31. | 97 | 121 31 1 | |
| 3349 | 10 | 17 | 4 | 4 | Vrbs Abdera Democriti Philosophi patria, instauratur à Clazomeniis Asię populis; & quàm antea amplior reddita. <i>Solinus cap. 15.</i> | 98 | 122 31 2 | |
| 3350 | 11 | 18 | 5 | 5 | Scribit <i>Eusebius in Chron.</i> hoc tempore Alcmæonē Crotoniatem (<i>Scaliger</i> Alcmone le- | 99 | 123 31 3 | |

| Orbis | Iude | Roma | Medo | Babyl. | 36 | PERIODVS 5. | V.C. | Olympia. |
|-------|------|------|------|--------|---|-------------|----------------|----------|
| | | | | | gi vult) & Lafchen Lesbium floruisse. illum quidem Philofophum, hunc vero poetam, à quo scriptam ait paruum Iliadem. | | | |
| 3351 | 12 | 19 | 6 | 6 | I O S I A S Rex anno regni 12. excelsa tollit, ex lib. 2. Paralip. cap. 24. nu. 3. quo etiam tempore Phalaris Agrigēti in Sicilia suam exercebat tyrannidem Euseb. male Suidas notauit Olympiadem 52. nec multum inde abest Osovrius: qui hunc tyrannum comparat cum æuo Cyri. | 100 | 124 31 4 | |
| 3352 | 13 | 20 | 7 | 7 | Hoc Iosia anno 13. Ieremias prophetare cœpit, vt expresse habetur apud eundem cap. 1. notato etiam reliquo tempore quo prophetauit: nempe ad vndecimum annum Sedecia, & transfmigrationem plenam. | 101 | 125 32 1 | |
| 3353 | 14 | 21 | 8 | 8 | Circa hunc annum, diem clausit Iudith. de qua supra ad annum V.C. 56. vide qq. cap. 10. num. 36. | 102 | 126 32 2 | |
| 3354 | 15 | 22 | 9 | 9 | L A M P S A C V S in Hellefpono nunc condita ex Eusebio in Chron. condita vero est à Phocensibus iisdem, à quibus Mafsilia. De Salinunte etiam circa hunc annum condita lege Diodor. lib. 13. cap. 20. & 21. | 103 | 127 32 3 | |
| 3355 | 16 | 23 | 10 | 10 | H I M E R A ex Stephano vrbs Sicilia, & cuius meminit Cicero in Verrem: cōdita nunc fuit, teste Diodoro Siculo, lib. 13. | 104 | 128 32 4 | |
| 3356 | 17 | 24 | 11 | 11 | Hoc primo anno Olympiadis 33. Lydamus Sículus & Syracusanus, in ludis Olympicis primus narratur qui lucta vicerit. Ferunt eius ossa post obitum reperta solida & sine medulla. nec vnquam eum tota vita aur sudasse, aut fitim passum. Solinus c. 4. | 105 | 129 33 1 | |
| 3357 | 18 | 25 | 12 | 12 | N O M A D E S Scythæ pellunt nunc Cimmericos, populum vicinum. Hi sedibus suis pulsi venere in Asiam minorem, à quibus Sardis vrbs euerfa dicitur. Herodor. lib. 1. | 106 | 130 33 2 | |
| 3358 | 19 | 26 | 13 | 13 | I O S I A S celebrat Phase cum ingenti solennitate 3. Esdr. c. 1. vers. 1. 20. & lib. 4. reg. c. 22. vers. 3. & c. 23. vers. 21. & lib. 2. Paralip. c. 35. vers. 1. 18. Inuentus est tunc liber legis. 2. Par. 34. vers. 14. & 4. reg. 22. vers. 8. post annos 30. Ezechiel visionem habuit ad fluuium Chobar. Ezechi. cap. 1. vers. 1. | 107 | 131 | |
| 3359 | 20 | 27 | 14 | 14 | B O R Y S T H E N E S in Ponto condita Euseb. idque à Milesiis. vnde Μηλιόπολις dicta Plin. Scaliger tricosos vocat eos, qui negant Borysthenem hodie esse Neper. | 108 | 132 33 4 | |
| 3360 | 21 | 28 | 15 | 15 | T E R P A N D E R musicus nobilis, vt aliqui volunt consignandus est ad annum 1. vel 2. Olymp. 19. vti ibi obseruo. tamen Eusebius eum refert ad hæc tempora. vicit sanè ille τα κάρνεια (ludicrum Sparta fuit) Olympiade 26. & potuit facile huc vsque vixisse. | 109 | 133 34 1 | |
| 3361 | 22 | 29 | 16 | 16 | Subindicat Eusebius, Messenios defecisse hoc tempore à Lacedæmoniis, belli tamen no- | 110 | 134 34 2 | |

| Urbis | Iude | Roma | Medo. | Baby. | PERIODVS VI. | 37 | V. C. | Olymp |
|-------|------|-------------------|--------------------|-------|--|-----|-------|-------|
| | | | | | ui non meminit Pausanias, nam primum bellū Messeniacum finitum est vt supra, ad annum urbis 29 secundum, ad annum V. C. 68 cœptum tertium notari solet perficis temporibus gestū. | | | |
| 3362 | 23 | 30 | 17 | 17 | PSAMMETICVS Ægypti Rex nunc obiisse putatur, & successisse filius qui ab Herodoto vocatur Necho, aut Nechus. cui dat annos 17. Eusebio, est Nechao, cui tantum dat 6. annos. sanè iuxta annos quot dat Eusebius, non peruenisset ad finem regni Iosix. cæterum vel tardius regnare cœpit Nechao: vel plures (quod fecit Herodotus) anni dandi sunt Nechaoni. cuius meminit scriptura lib. 4. reg. c. 23. | 111 | 138 | |
| | | | | | | | 34 | 3 |
| 3363 | 24 | 31 | 18 | 18 | THALES Milesius Philosophus nascitur hoc anno, vel in sequenti ex Diog. Laërt. alij antè hunc annum floruisse scribunt. Duo fuere Thales, priorem Strabo lib. 10. μελωπον ἀνδρα vocat. alter est Philosophus Examij filius; sub Cræso floruit. vide an. V. C. 167. & 206. | 112 | 136 | |
| | | | | | | | 34 | 4 |
| 3364 | 25 | 32 Anicus I | 19 | 19 | ANCVS Martius Rex Romanorum quartus, regnat annis 24. ex Dionysio Halic. qui notat hanc ipsam Olympiadem. consentit Solinus, qui notat obiisse Olympiade 41. erit annus urbis 136. vel 137. iniens. | 113 | 137 | |
| | | | | | | | 35 | 1 |
| 3365 | 26 | 2 | 20 | 20 | NECHAO Ægypti Rex, primus est qui Africam circumnavigari fecit, à mari rubro per caput bonæ spei (vt nūc vocatur) ad fretū Herculeum, & inde in Ægyptum, vt scribit Herod. lib. 4. | 114 | 138 | |
| | | | | | | | 35 | 2 |
| 3366 | 27 | 3 | 21 | 21 | DODONEO oraculo tunc primū vsa est Græcia, si creditur Eusebio in Chron. tamen Herodotus lib. 2. ait fuisse antiquissimum apud Græcos oraculum. Imo eo vtebatur Græcia tempore Homeri <i>Ιλιάδ. π. Ζεῦ ἀνα Δωδωναίε, Πελασγικέ.</i> | 115 | 139 | |
| | | | | | | | 35 | 3 |
| 3367 | 28 | 4 | 21 Artabanus I. | 22 | ARTABANVS cæso patre Phraorte in bello contra Assyrios, regnat Medis imperans annis 40. Astybaram vocat Diodorus. vocatur quoque Cyaxares. vide Herodotum. Dum hic, aduersus Assyrios bellum gerens obsidet urbē Ninum, ab Hebreis Ninuē dictam, Scythæ occupant imperium Asiæ, & regnant ibi annis 28. Herodot. | 116 | 140 | |
| | | | | | | | 35 | 4 |
| 3368 | 29 | 5 | 2 | 23 | MVLTA de Astiage, Cyaxare, Artabano, & orientis principibus aliis, narrantur ab illorum temporum scriptoribus. quæ tamen ita sunt aut pugnantis, aut incerta ex nominibus principū variis, aut etiam tam parum diligenter collecta, vt vsque ad imperium Cyri Persicum, vix sit extra factas scripturas, author cui tuto se lector committere possit. | 117 | 141 | |
| | | | | | | | 36 | 1 |
| 3369 | 30 | 6 | 3 | 24 | Gestum hoc tempore bellū est inter Romanos & Latinos, annis aliquot; & fuso multo sanguine durū satis. cœptum hoc bellū est statim ab ipso Martij regis initio, cum sibi persuaderent Latini, morte Tulli exiisse inducias cum illo rege pactas. vario Marte pugnatum. Medi- | 118 | 142 | |
| | | | | | | | 36 | 2 |

| Orbis | Iuda. | Roma. | Medo. | Baby. | 38 | PERIODVS 5. | V. C. | Olympia. |
|-------|----------------|-------|-------|-------------------|----|--|-------|-------------------------------|
| | | | | | | <p>ulliam urbem Romanorum coloniam occupat Latini, quam post triennium recuperant Romani <i>Dionys.</i></p> <p>Eodem hoc tempore Romanis bellum fuit cum Sabinis. victi sunt à Romanis hostes, duce Tarquinio Demarati filio, qui postea regnaturus est Romæ. <i>Diony. Halic.</i></p> | | |
| 3370 | 31 | 7 | 4 | 25 | | <p>IOSIAS Rex Iuda, cum ad pagum Mageddo occurrisset Nachaoni regi Ægypti, qui exercitum ducebat contra Assyrios, male pugnat. & fuso iudaico exercitu Iosias occubuit. Iudæi Ioachas Regem substituunt. Hic Iosia occisi filius est. Historia narratur 4. Reg. c. 23. vers. 29. & 31. & libro 2. Paral. c. 35. vers. 20. rectè putatur iste vocari Sellum à Jeremia, c. 22. vers. 11. vide qq. c. 11. num. & c. 12. ac. 13. Jeremias prædicens captiuitatem capitur a Sacerdotibus. <i>Jerem. 26.</i> (vbi de Vria Propheta occiso) clausus mansit in atrio carceris <i>Jerem. 32.</i> Cæterum solum tribus mensibus regnavit Ioachas. Nam rediens in Ægyptum Nachao, hunc secum abduxit captiuum, fratremque eius Ioachimum Regno Iudæ præfecit, & vectigalem esse iussit. regnat Ioachimus annis vndecim, licet interruptis. 4. reg. c. 23. vers. 34-36. & lib. 2. Paral. c. 36. vers. 4. 5. & lib. 3. Esdræ. c. 1. vers. 39. Nachao hunc regem vocauit Ioacim, seu Ioachim, cum antea vocaretur Eliacim.</p> | 119 | 143 |
| 3371 | Ioachas. | 8 | 5 | 26 | | <p>Protrahitur Romanorum bellum cum Latinis, & Romani Meditulliam recuperant, ante biennium occupatam à Latinis.</p> | 120 | 144 |
| | Ioachimus 1 | | | | | | | 36 3 4 |
| 3372 | 2 | 9 | 6 | 27 | | <p>Florebat hoc tempore Myrtæus Atheniensis poeta. <i>Euseb. Chron.</i> aliqui Mysthæum legunt. Scaliger Tyræum legi vult, cuius tamen ratio à secundo bello Misseniaco petita, id nõ euincit.</p> | 121 | 145 |
| 3373 | 3 | 10 | 7 | 28 | | <p>NABUCHODONOSOR Magnus ab aliis secundus vocatus, regnat annis 45, si numeres à tempore, quo missus à patre Nabopolassarò rebelles Syros domuit, vti numerat sacra scriptura. at vero si eius anni putentur à morte patris, tantum dant aliqui 44. annos. vide qq. c. 12. initio. & aliqui etiam huic numero vnum detrahunt. Alij volunt Nabopolassarum regnasse annis 12. simul cum Nabuchodonosoro; hoc est ad annum ferè quintum Sedechiæ, & urbis annum 134. vide de his Berosum apud Iosephum. <i>Alexan. Polyhist. apud Eusebium de Preparat. Euangel. lib. 9. & que hic infra dicentur qq. c. 10. nu. 10.</i> vbi hos duodecim annos reiecimus. Hinc vsque ad Croesi tempora floruerunt septem sapientes Græciæ. lege <i>Herodotum, Eusebium lib. 10. de Preparat. Euangel. Clementem lib. 1. Stromat. & Plutarchum in Solone.</i> Sunt hinc ad Croesum captum, anni interiecti 84. aut si extremos numeres 86.</p> | 122 | 146 |
| 3374 | 4 | 11 | 8 | Nabuchodonosor. 1 | | | 123 | 147 |
| | captus. | | | | | | | 37 1 37 2 37 3 |

PERIODVS SEXTA

Annorum 70.

A Captiuitate inchoata ad Cyrum.



E hoc initio τῆς ἀρχαίας
& Babilonicæ captiuitatis a-
gitur ex prof. sso q. c. 12. à nu.
8. & c. 10. nu. 12. de annis Na-
buchodonosori. Hæc 70. an-
norum captiuitas, non à cap-
to Iechonia, aut à casu Se-
decix templique excidio habet principium:

sed ab hoc primo anno Nabuchodonosori,
quando ille regem Ioachimum (quem tamen
post tres annos restituet regno) duxit captiuū
in Baby'onem, cum Daniele, & alijs plerisque.
Dan. 1. vers. 1. 2. & 4. Reg. c. 24. vers. 1. Hic idem
annus est vigesimus tertius, ab anno 13. Iosix,
de quo *Ierem. c. 25. vers. 1. & 3. vide q. c. 13. nu. 7.*

Romani nunc arma mouent in Fidenates re-
bellantes in hos Rex Martius ducit exercitū,
qui in captam hostium ciuitatem immisit po-
pulatorem militem. *Diony. Halic.*

Veientes temere in Romanos bellum ag-
gressi, nunc vincuntur ab Anco Martio, & coacti
ad petendam pacem, eam acceperunt, quam
volebat victor. *Diony.*

NABUCHODONOSOR cum Ioachimum tri-
bus annis tenuisset captiuum, tandem cum re-
gno restituit. *lib. 4. reg. c. 24. vers. 1.* & iterum
regnat vsque ad regni vndecimum, qui nobis
est vrbis annus 130.

Sinope οὐάνη condita. *Euseb.* à Milesiis sed
vide *Strab. lib. 12* qui alium dat an num. Ponti
vrbs est. & magni Mithridatis regia futura

SABINI positis armis, à Martio rege rece-
pti iterum in fidem populi Romani.

VOLSCI & Veientes iunctis armis mo-
uent in Romanos. victi tamen acie sunt. &
Velitra vrbs capta à Romanis. *Diony. Halic.*

IOACHIMVS labente iam anno regni v-
ndecimo cum iterum rebellasset contra Nabu-
chodonosorum, Hierosolymis obiit & sepeli-
tur sepultura asini, *4. reg. c. 24. vers. 1. 5. & Ie-
rem. c. 22. & c. 36. vers. 30. Iosep. lib. 10. anti. c. 8.*
Ioachinus (qui etiam Iechonias dictus est) Ioa-
chimi occisi filius 18. annorū (Iosix nepos) præ-
ficitur regno, regnatque tres tantum mense. *4.
Reg. c. 24. vers. 5. 8.* Post Ioachimi enim mortē,
& initium hoc regni Iechonia, Nabuchodo-
nosor duxit exercitum contra Hierusalem, &
captū Iechoniā cum inagno captiuorū nobiliū
numero deportauit in Babylonem. *ex citato c.*

3375 5 12 9 2

3376 6 13 10 3

3377 7 14 11 4

3378 8 15 12 5

3379 9 16 13 6

3380 10 17 14 7

338 11 18 15 8

124 148

37
4

125 149

38
1

126 150

38
2

127 151

38
3

128 152

38
4

129 153

39
1

130 254

39
2

| Orbis | Iude | Roma | Medo. | Baby. | 40 | P E R I O D V S VI. | V. C. | Olymp. |
|-------|------|---------------------|-------|-------|----|--|-------|----------------|
| | | | | | | <p>24. & <i>Jeremia</i>. Est hæc quã voco cum aliis ple- nisque secudã Babylonix captiuitatẽ; ad annos hic positos cõsignanda, & tribus maxime rebus insignis, morte Ioachimi & deportatione cum Ezechielis Prophetæ, tum ipsius Iechoniẽ post tres regni menses ducti in Babylonem, cum se sponte tradidisset. <i>Jerem. c. 24. & 4. Reg. 24.</i> Tũc Nabuchodonosor præfecit regno Mathaniam tercium Iosie filium, quem ille Sedeciam voca- uit. regnat annis vndecim. <i>ex lib. 4. reg. cap. 24</i> <i>vers. 18. & lib. 2. Paral. 36. v. 11. & Jerem. c. 52</i> <i>vers. 1. & 3. Esd 1. ver. 46.</i> regnante Sedecia Ie- remias missus est in lacum. <i>Jerem. c. 38.</i></p> | | |
| 3382 | 1 | 19 | 16 | 9 | | <p>D R A C O nunc floruit iuxta Eusebium. Le- gislator primus apud Athenienses. Clemens A- lex. scribit dedisse Atheniensibus leges, Olymp. 39. de qua re infra.</p> | 131 | 155 39 3 |
| 3383 | 2 | 20 | 17 | 10 | | <p>E P I D A M N V S condita. <i>Euseb.</i> à Corcyraïis <i>Ex strabone lib. 7.</i> alij alium dant conditorem, & Græcos instaurata vrbe aliqua non raro se conditores appellare. Dyrachium postea op- pidum nominatum. <i>Scaliger</i> Pyrrachium Epi- damni nauale fuisse vult.</p> | 132 | 156 39 4 |
| 3384 | 3 | 21 | 18 | 11 | | <p>Ostia, vrbs Latij est, in ostiis tiberinis con- dita, ab Anco Martio nunc Romanorum rege, author est <i>Diony. Halic.</i></p> | 133 | 157 40 1 |
| 3385 | 4 | 22 | 19 | 12 | | <p>Spatia vrbs dilatata, accessione Auentini & Ianiculi, quos colles Martius Rex Romanis mœnibus inclusit. floret Xenophanes Colo- phonius <i>authore Clemente Alex.</i></p> | 134 | 158 40 2 |
| 3386 | 5 | 23 | 20 | 13 | | <p>Si ineatur numerus ab incluso vrbs anno 106; hic annus nunc excurrrens est ille trigesi- mus, de quo fit mētio apud Ezechielem capite primo: est que annus deportat Iechoniã quin- tus, quem explicatum à difficultatibus habes <i>qq. c. 12. nu. 12. & c. 10. nu. 11.</i></p> | 135 | 159 40 3 |
| 3387 | 6 | 24 | 21 | 14 | | <p>S A B I N I Romanos bello aggressi, vincun- tur à Martio Rege, vt notat <i>Diony. Halic.</i></p> | 136 | 160 40 4 |
| 3388 | 7 | Tarqui- nius. 1. | 22 | 15 | | <p>T A R Q V I N I V S Priscus Romanorum rex quintus, regnat annis 38. <i>ex Dionysio Halic.</i> alij 37- dant annos. Hic rex pacẽ natus post aliquot annos urbem munit, & Theatra extruit vt obseruo ad annum vrbs 146 de capitolio vide an. V. C. 173. sanè ab hoc rege iacta capitolij fundamenta notant <i>Dionysius & Liuius.</i> sub eo- dem rege Romam venit Sibylla Cumæa, <i>ex</i> <i>Solino, Varrone, & Lactantio lib. 1. de falsa reli-</i> <i>gione.</i> Exustis sex libris Tarquinius emi fecit & seruari tres reliquos, qui casu postea exusti sunt, vna cum Capitolio sub Sylla dictatore, <i>ex citato Solino.</i> vide item <i>Appianum, Paterculum,</i> <i>Dionysium Halicarnas. lib. 4. & Cornelium Tacitũ,</i> <i>libro 19. de anno quo Romæ hoc contigit, vide,</i> <i>an. V. C. 173.</i></p> | 137 | 161 41 1 |

| Orbis | Judæ. | Roma | Medo | Babyl. | PERIODVS 7. | 41 | V.C. | Olympia |
|-------|---------------|------|------|--------|--|----|------|----------------|
| 3389 | 8 | 2 | 23 | 16 | Panætius nunc tyrannidem occupat in Sicilia inquit <i>Euseb. in Chro.</i> at, cum ait primum exitisse Siciliæ tyrannum, ἀντιλογία putatur in Eusebio, iuxta quem longe antea tyrannus exitit Phalaris. | | 138 | 162 41 2 |
| 3390 | 9 | 3 | 24 | 17 | Tarquinius priscus iterum rebellantes Sabinos domat. florebat nunc Sapho Lesbia, inter poetas lyricos numerata. | | 139 | 163 41 3 |
| 3391 | 10 | 4 | 25 | 18 | NABUCHODONOSOR exeunte nono anno Sedecia, cœpit obsidere Hierusalem. Sæpe enim, <i>vt notat Ieremias c. ult.</i> deportati sunt Iudæa Chaldeis. nam post deportatum Ioa-chimum anno 1. Nabuchodonosori, <i>de quo Danie. c. 1.</i> iterum deportati sunt vt cõmemorauit, anno 7. exeunte regni Nabuchodofor. deinde cœpta vrbis obsidio penè triennalis. qua finita euertetur templum, pluribus depõtatis. quod incidet in annum vndecimum Sedecia. <i>vide Ierem. 52. nu. 4 & 5. & c. 39. initio & 4 reg. 25. vers. 1. 2.</i> permisit Nabuchodonosor, vt Ieremias permaneret in Iudæa, nec ductus est in Babylonem. suafitq; reliquis Iudæis ne irent in Aegyptum. <i>Ierem. c. 42. & 43.</i> at contẽpto oraculo Aegyptum petunt. & cum illis (aut iponte, aut inuitis) Ieremias <i>ibid.</i> | | 140 | 164 41 4 |
| 3392 | II Cessat. | 5 | 26 | 19 | Captiuitas tertia Babylonica, anno 19. regni Nabuchodonosori, incipit. quando eueris vrbe & templo, Nabuzardan princeps Babylonice militiæ, intulit rebus Iudaicis desolatæ extremam ruinam. <i>lib. 4. reg. c. 25. vers. 8. 9. 10. 11.</i> cessat regnum vsque ad Aristobulum. De hac triplici captiuitate, <i>vide qq. c. 12. & 13. item Ierem. c. 39. & c. 52. Iosep. lib. 10. Antiq. c. 9.</i> Est hic annus prophetantis Ieremiæ 41. nempe ab anno 13. Iosia. | | 141 | 165 42 1 |
| 3393 | 6 | 6 | 27 | 20 | Regum in Aegypto nomina propria varia his annis dantur a scriptoribus, nisi quod scriptura passim generali nomine vocet Pharaones. Post Nachaonem, de quo supra, scribunt regnasse Psammim, quem ait <i>Herodotus</i> , perisise in bello Aethiopico. aut si coniectura hic locus est, forte in bello Chaldaico contra Nabuchodonosorum, vt subindicant <i>Hieremias a c. 42. ac deinceps, & Ezechiel a capite 29.</i> quando vt mox dicam, subacta Aegypto, captisque qui eò transfugerant Iudæis, cœpit Monarchia Nabuchodonosori. Verum si ita est, referendum id erit ad annum 23. Nabuchodonosori, vt i eò loci recenseo. | | 142 | 166 42 2 |
| 3394 | 7 | 7 | 28 | 21 | Anno primo huius Olymp. 42. Phrymon Atheniensis sæpe antea in Olympico certamine victor, victus narratur a Pyttaco Myteleneo, qui habitus fuit unus è septem Græciæ sapientibus. <i>Euseb. Stra. lib. 13.</i> | | 143 | 167 42 3 |
| 3395 | 8 | 8 | 29 | 22 | Nihil habet memorabile hic annus, preter annos ipsos hic in margine notatos. Ieremias qui cum populi reliquiis se contulit in Aegyptum, ibi apud Taphnas lapidibus est obrutus a Iudæis, vt habent Martyrologium Romanum, <i>Dorotheus, & alii cum Isidoro in lib. de vita & morte sanctorum m.</i> | | 144 | 168 42 4 |

| Orbis | Juda | Roma | Med | Babyl. | 44 A CAPTIVITATE AD CYPRVM | V. C. | Olymp |
|-------|------|------|-----|--------|---|-------|----------------|
| 3396 | | 9 | 30 | 23 | Anno hoc Nabuchodonofori, & anno quarto post euerfum templum, Nabuchodonofor Ægyptum subuertit; ac reliquos ibi inuentos Iudæos ducit captiuos. ab hac victoria incipit esse ampliffima Nabuchodonofori Monarchia. Hinc cœpit prophetare Daniel, vt ipse ait cap. 2. nēpe secundo anno Nabuchodonofor. intellige annū secundū non regni sed Monarchiæ; vt rectè interpretatur ex Iosepho hieronymus. vide Iosephū l. 10. c. 11. & 12. prophetat quoq; tēpore captiuitatis Baruc, scriba Ieremiæ, vt ipse docet. | 145 | 169 43 1 |
| 3397 | | 10 | 31 | 24 | Romæ Priscus rex pacem nactus, & quietem a bellis, urbē ædificiis ornat, & muris ex lapide polito erectis cingit. extructa etiā amphitheatra ludis destināt. <i>Liuius Diony. Halic. vide an. v. c. 173</i> | 146 | 170 43 2 |
| 3398 | | 11 | 32 | 25 | Ante hunc annum, Tyrum cœpit Nabuchodonofor, subiugatis etiam Sydoniis. fortè anno, quo subacta est Ægyptus. de Tyro vaticinatur <i>Ieremias. c. 47. & Ezech. c. 29.</i> | 147 | 171 43 3 |
| 3399 | | 12 | 33 | 26 | Actius Nauius, augur & diuinator Romæ in pretio habetur. de quo <i>Cicero lib. 1. de diuinat. & Diony. Halic.</i> | 148 | 172 43 4 |
| 3400 | | 13 | 34 | 27 | Perinthus nunc condita in Thracia ex <i>Eusebio</i> alii nunc deductam Coloniam a Samiis colligunt ex Marciano, & urbem esse vetustiore. antea Mygdonia dicta; posterioribus temporibus Heraclea. | 149 | 173 44 1 |
| 3401 | | 14 | 35 | 28 | Camerinam nunc conditam in Sicilia vult <i>Euseb.</i> aliqui codices Eusebii Camarinam habent. notant porro nonnulli conditam Olympiade 45. biennii discrimen. | 150 | 174 44 2 |
| 3402 | | 15 | 36 | 29 | Scribit Dionysius, latinus hoc fere anno mouisse iterum contra Romanos, sed victos a Tarquinio, & pacem quā victi petierunt obtinuisse. | 151 | 175 44 3 |
| 3403 | | 16 | 37 | 30 | Viuebat nunc Polymnestor ille, qui velocitate lepores assequebatur, & cursu Olympico vicit, Olympiade 46. | 152 | 176 44 4 |
| 3404 | | 17 | 38 | 31 | Sabini iterum bellum gerunt cum Romanis. sed acie victi, edita ingenti Sabinorum strage, inducias petūt & impetrāt ad sex annos. <i>Diony. Narrant Eusebius & Salinus, c. 8. a Phocensibus conditam Massiliam, excurrente Olymp. 45. hi Asiæ minoris incolæ, ex Græcia oriundi, & in prouinciam, quæ, ab ipsis dicta est Phocensis delati, iecerunt huius ciuitatis fundamenta. & hoc ipsum ad tempora Tarquinii Prisci retulit Titus Liuius. rectè ergo Timæus apud Marcianum, ab hac vrbe condita ad pugnam apud Salaminam, dat annos 120. quam infra notamus ad annum v. c. 273. at Scaliger ad annum Eusebii 1417. non a Phocensibus, sed à Phocæensibus conditam animaduertit. hoc est, non ab incolis Græciæ prope Delphos, sed Ioniæ, verum is est ferè de nomine, cum Phocæenses ex Phocensibus ortum traxisse potuerint.</i> | 153 | 177 45 1 |
| 3405 | | 18 | 39 | 32 | | 154 | 178 45 2 |
| 3406 | | 19 | 40 | 33 | Circa hunc annum cœpit bellū Atheniensiu cum Megaransibus. Causam belli dedit insula Salamis seu Salamina, prope Peloponnesum, quæ | 155 | 179 45 3 |

| Orbis | Roms | Medo | Babyl. | PERIODVS | 7. | 43 | V.C. | Olympia. |
|-------|------|-----------|--------|---|----|----|------|----------------|
| | | | | cum esset Atheniensium, tradidit se Megarensibus eodem anno Echechiel in Babylonia vaticinatur de restauratione templi. nam cap. 40, notat ipse annum 14. ab vrbe euerfa, & vigesimum quintum a sua captiuitate, quæ incidit in annū vrbis 130. | | | | |
| 3407 | 20 | Astinges. | 34 | Astiages Artabani seu Cyaxaris filius (Diodorus vocat Apandam) regnat annis 37. ex Herodoto quos finiri existimo, ineunte principatum Cyro: nempe initio Olympiadis 55. ad annum vrbis 193 vide hic qq. c. 12. pp. 14. & 18. vbi hæc res ex professo tractata est. | | | 156 | 180 45 4 |
| 3408 | 21 | 2 | 35 | Superstes adhuc erat Epimenides Philosophus, qui Athenis aram erexit ignoto deo, & qui familiaris Soloni, vt scribit Plutarchus, viam struxisse putatur ad Solonis leges. hunc vixisse ferunt annis 157 quod de eius multorum annorum somno refert Pausanias, fabula est. Cæterum apud Eusebium, legendum est, hunc Athenas lue purgisse. non autem vt aliqui codices habent, euertisse. nam vt rectè aduertit Scalliger, in Græco non quidem καθαίρει, sed καθαίρειν, esse debet. ex quo Epimenides καθαίρειν cognominatus est apud Iamblicum. | | | 157 | 181 46 1 |
| 3409 | 22 | 3 | 36 | Solon hoc anno prætor Athenis fuisse perhibetur, post Philombrotum ex Eusebio verius tamen est eius præturam pertinere ad annum in sequentem, qui est tertius Olympiadis 46. | | | 158 | 182 46 2 |
| 3410 | 23 | 4 | 37 | Hoc anno 3. Olymp. 46. cæpit Solon in sua prætura leges suas dare Atheniensibus. & qui annus vr bis notatur 170 apud Gellium lib. 17. errorem habet. restituit 160. sic abrogatæ sunt lege Draconis velut asperiores, atque aciores, in quorundam delictorum pœnis constituendis. adeo vt Demades dicere soleret, Draconis leges fuisse scriptas non atramento sed sanguine. Draconis esse leges, non hominis dictabant alii. vide an. v. c. 170. | | | 159 | 183 46 3 |
| 3411 | 24 | 5 | 38 | Hoc tempore, inquit Eusebius, certantibus in Theatris (ἀγωνισμαίους) τραγῶς, id est hircus in præmio dabatur. vnde aiunt Tragæ los nuncupatos, & τραγῶδιαν. | | | 160 | 184 46 4 |
| 3412 | 25 | 6 | 39 | Anacharsis è Scythia philosophus, nunc venit Athenas: & factus Soloni familiaris, ei profuit in legibus condendis: quas iam a biennio aggressus est. Diogen. Laert | | | 161 | 185 47 1 |
| 3413 | 26 | 7 | 40 | His temporibus, vt ait Solinus. c. 4. Milo corpore robustissimus habitus est, & hoc nomine celebris. quem scribunt potuisse taurum & pugno occidere, & vno die deuorare. alii tamen hunc referunt ad annum vrbis 242. | | | 162 | 186 47 2 |
| 3414 | 27 | 8 | 41 | Gestum narratur bellum his annis inter Medos & Lydos. Herodotus regem tunc Medorum profert Ciaxarem, quem alii Astiagem vocant. | | | 163 | 187 47 3 |
| 3415 | 28 | 9 | 42 | Sabini iterum mouent in Romanos, iterumque vincuntur. in quo bello enituit Seruii Tulli virtus. quæ res illi postea gradus fuit ad regnum. | | | 164 | 188 47 4 |
| 3416 | 29 | 10 | 43 | Teste Livio, annis 200. ante captam duce Brenno a Gallis Romam, Galii præsertim Celtæ, duce Belloveso nouas quærentes sedes (quod patriis ob angustias contineri non possent) eam Italiæ partem nunc occupare incipiunt. quam postea Romani Cisalpinâ galliam dixerunt. Hi ergo referato per alpes aditu, | | | 165 | 189 48 1 |

si quis ex annis Iphiti datus subducat 194. exhibet Pythias quæ sita, seu Pythichus annus desideratus, fuerunt quidē prima Pythia instituta in Græcia *an. 3. Olymp. 48.* Sed nūc secūda Pythiade Agō ille factus est *5. & 17. n.* & inde Euseb. vocauit primā Pythiadē. tūc quoq; institutus putatur in honorem Apollinis hymnus qui Pæan vocabatur. *Strab. lib. 9. Pausan.* Ceterū Pythia instaurabatur āno tertio Olympiadis, & sic trieterica ab hoc anno erant, vt etiam Isthmia, & Nemea. Atque primo & tertio quoque anno Olympiadis celebrabantur. Non ergo pentaterica vt aliqui cum Ausonio putarunt, ex hoc eius versu. *Hæc quoque temporibus quinquennia sacra notandis, Isthmia Neptuno data sunt, & Pythia Phæbo.* idem male Olympiada vocat quinquennium.

Non satis conuenit inter scriptores de horum tēporum Rege in Ægypto. *Plin. lib. 32. cap. 31.* Regem Ægypti, tempore Cyri regnātem, eum dat qui Sesostris dicebatur. Sed ex magis recepta sententia nūc regnat Amasis, seu Anamasis, ob probitatem & præclaras animi dotes electus rex; cui Herodotus dat regni annos 55. laudatur hic princeps ab *Herodoto. Diodoro lib. 3. & Iustino Martyre in Par. enesi ad Græcos, seu Gentiles.*

Sub Tarquinio Prisco iacta capitolii fundamenta. consentiunt scriptores. At quo regni anno non est compertum; an anno octauo, an hoc regni anno 37. vt nonnulli suspicantur. Nauis diuinator, disparuit nunc, nec postea inuentus.

Sibylla Cumæa, quam alii Heriphilen vocant, hac Olympiade ineunte Romam venit, *ex Salino.* Tarquinio nouem libros obtulit pretio trecentorum aureorum nummorum. Et sex libris exustis tres reliqui manserunt soluto eodem pretio. Factum hoc sub Tarquinio superbo aliqui scribūt. *Plin. Gelli. & Dionys. vide an. 3388.* vbi sub Prisco refertur.

Nunc artem poliendi marmora adinuenisse dicitur Diopenus Cretensis, cū adhuc staret regnum Medorum. & nondum Cyrus Persas in libertatem afferuisset. *Plin. lib. 36. c. 4.*

ONOMACRITVS Poeta Atheniensis nunc florebat, quem ferunt authorem esse eorum poematum quæ Orpheo adscribuntur. Huic æqualis tempore fuit Anaximander Philosophus.

SERVIUS TVLLVS Rex sextus Romanorum regnat annis 44. *ex Dionysio.* Successit Tarquinio socero, inchoato anno 4. Olymp. 50. hic ter Romæ triumphauit.

ETRVRII populi, cum sibi persuaderent morte Tarquinii prisci, se pacis constitutæ legibus solutos, mouent arma in Romanos pro libertate patriæ, fuit que hoc bellum vicennale. *Dionys.*

Romæ primū lustrū factū, seu census primum habitus à Seruio, & Censorinus hinc numerat 650. annos, ad vltimum lustrum sub quinto consulatu Vespasiani. & quidem tot sunt ad annum Christi 76. ad quæ consigno illum consularum, & lustrum vltimū.

3423 36 17 5

3424 37 18 6

3425 38 19 7

3426 Seruius I 20 8

3427 2 21 9

3428 3 22 10

172

196

49

4

173

197

50

1

174

198

50

2

175

199

50

3

176

200

50

4

177

201

51

1

| Orbis. | Rome | Medorū. | Babyl. | 46 | PERIODVS 6. | V.C. | Olympia. |
|--------|------|---------|--------|----|--|------|----------------|
| 3429 | 4 | 23 | 11 | | Circa hos annos, Phalaridis Agrigenti fit mentio. Cuius tamen initia referunt aliqui ad an. V. C. 100. vide Ciceronem <i>lib. 2. Offic.</i> Perit postea ille in suo tauro extinctus, conspirantibus in hanc eius necem Agrigentinis. <i>Euseb.</i> | 177 | 202 51 2 |
| 3430 | 5 | 24 | 12 | | AMASIS Ægypti Rex, dicitur nunc Cypriotas sibi subiecisse, & reddidisse vectigales. <i>Herod. lib. 1.</i> | 179 | 203 51 3 |
| 3431 | 6 | 25 | 13 | | SERVIUS TULLIVS, insignem reportat de Etruscis victoriam. ille Romam reuersus de hostibus triumphauit. | 180 | 204 51 4 |
| 3432 | 7 | 26 | 14 | | PHALARIS Agrigentinus tyrannus, Siciliam vniuersam sibi reddit subiectam hac, & sequente Olympiade 53. | 181 | 205 52 1 |
| 3433 | 8 | 27 | 15 | | EVGAMON Poeta genere Cyrenæus floret, qui ex <i>clemente lib. 6. Strom.</i> scripsit <i>ἡ ἀπὸ θεοπροπιῶν</i> . Hic apud Eusebium dicitur aliam scripsisse Telegoniam <i>vide an. 3249.</i> | 182 | 206 52 2 |
| 3434 | 9 | 28 | 16 | | In hunc annum incidit altera Seruisii Tulli victoria in bello Etrusco, ex qua etiam iam secundum triumphauit. | 183 | 207 52 3 |
| 3435 | 10 | 29 | 17 | | Scribit <i>Plinius libro 15.</i> Oliuam nunc primùm delatã in Italiam. Adhuc viuebat Æsopus. De cuius morte à Delphis illata, <i>Eusebius Olympiade 54. vide Suidam.</i> | 184 | 208 52 4 |
| 3436 | 11 | 30 | 18 | | ABARIS è Scythia venit in Græciam hoc tempore, ex <i>Eusebij Chron.</i> De quo scribit <i>Herodotus libro 4. vide Lilij Gyraldi collectanea, dialogo tertio de Pœtis.</i> Ab hoc scripta ferunt poemata de oraculis Scythicis. <i>Strabon lib. 15. Pausan. lib. 3. Suidas.</i> | 185 | 209 53 1 |
| 3437 | 12 | 31 | 19 | | Prorogato inter Romanos & Etruscos bello, iam tertiã pugnã hostes vincit Seruius Tullus, & tertium Romæ triumphat. | 186 | 210 53 2 |
| 3438 | 13 | 32 | 20 | | Obseruat quidem <i>Eusebius</i> ad annum tertium Olympiadis 54. venisse Pisistratum, Atheniensium primum tyrannum, in Italiã. Hic tamen annus tertius Olympiadis 53. ille est, quo putatur Athenis tyrannũ se præbuisse, dum Archon esset Aristodemus, sub Seruio Tullo, ex <i>Gell. lib. 17. c. 21.</i> & sub initium Cræsi ex <i>Herodoto.</i> | 187 | 211 53 3 |
| 3439 | 14 | 33 | 21 | | AGON Gymnicus, quam Panathenæon vocant, actus anno 3. Olym. 53. notatur ab <i>Eusebio</i> , fiebat Athenis Panathenæa, in honorem Palladis. A Theseo primum instituta. & quidem initio solebant singulis annis instaurari: postea vero quando præmium (amphora Olei erat) & corona victori proposita sunt; tantum quinto quoque anno redibant. tunc inquam <i>ἀγων στεφανίτης καὶ πενταετηρικὸς</i> esse cœpit, & retenta priora Panathenæa, vocata sunt <i>μικρά.</i> | 188 | 212 53 4 |

| Orbis. | Roma | Medorū. | Babyl. | PERIODVS 6. | 47 | V. C. | Olympia. |
|--------|------|---------|-----------------------------|--|-----|-------|----------|
| | | | | hæc posteriora <i>μεγάλα παναθηναϊκά</i> ex Iſocrate. Obſeruat paſſim Scaliger non recte deprehendi periodum atticam, niſi concedendo Panathenæica, inſtaurari ſolita tertio anno Olympiadis. (vide ſupra ad an. v. c. 171.) quia verū principium anni atticī pendet à primis panathenæicis illis, quæ iam dixi celebrata antio tertio Olymp. 53. qui nobis eſt annus Iphiti 211. concurrant ergo panathenæica cum anno Pythiorum, de quo dixi loco iam citato. Cæterum non licebat Athenis oleum exportare aliunde, niſi ei qui viciffet Panathenæa. | | | |
| 3440 | 15 | 34 | 22 | In hunc annum Eusebius coniiicit <i>Æſopi</i> qui fabulas dedit mortem, occiſi à Delphis, de quo etiam Suidas & Plutarchus in Solone. | 189 | 213 | 54 1 |
| 3441 | 16 | 35 | 23 <i>Baltasar.</i> 1 | EVILMERODACH inchoato regni anno 23. factus eſt. Rex Babylonix conſtituitur Baltasar filius, & ex Daniele ac ſcriptorum conſenſu Babylonix Rex vltimus, regnat annis fere tribus. <i>vide qq. t. 12. nu. 6.</i> | 190 | 214 | 54 2 |
| 3442 | 17 | 36 | 2 | PISISTRATVS de quo ad an. V. C. 187. vt mitiorem redderet & aduerſario Soloni acceptam tyrannidem, voluit Solonis leges manere ſaluas. Solon tamen breui Athenas relinquet. De hoc tyranno plura <i>Arif. lib. 5. Polit. c. 12. Clem. Alex. & Plutarchus in Solone.</i> | 191 | 215 | 54 3 |
| 3443 | 18 | 37 | 3 <i>Darius.</i> | Hic Darius Medus, eſt filius Aſtyagis, qui nondum mortuo patre regnat aliquandiu. <i>Hierony. ad cap. 5. & 9. Danielis, Tyrannus ibidem ad cap. 9. & Iosep. lib. 10. Antiq. & hic infra qq. cap. 10. 12. & 13. Senex iam erat, & 62. annorum putatur tempore belli Babylonici. Hæreditatem Cyro reliquit qq. cap. 12. num. 15. & cap. 13. num. 8. Ab aliis non numeratur in regibus Medorum. Nec nos hic ei damus annum Chronologicū. Nam hic annus in quo locatur eſt patris vltimus. quare ſi dicatur plures annos habuiſſe, cum patre poterat regnaſſe, & cum Cyro ſororis filio, ſaltem anno vno, ad eum modum quem explico qq. cap. 12. num. 17 & 18.</i> | 192 | 216 | 54 4 |

| Annus Orbis | Ind. Duces | Perfarū | Roma | 48 | V.C. | Olymp. |
|---|----------------|------------|------|--|------|----------------|
| PERIODVS SEPTIMA <i>annorum 248.</i> A Cyro ad regnum Seleucidarum. | | | | | | |
| 3444 | | Cyrus I | 19 | <p>PERSARVM monarchia nunc initium accipit in Cyro, qui Aftagis senioris ex filia nepos est, & iam euerit Babylonem cum Dario auunculo. Inchoatur hæc Perfarum Monarchia Olympiade 55 ineunte, destructo regno Babylonico. <i>Euseb. & passim alii. vide lib. 2. Paralip. c. ult. in fine.</i> Plura de his Dario & Cyro, <i>qq. c. 12, 13. & 15.</i> Captiuitas Babylonica soluitur hoc eodem anno. <i>lib. 2. Paralip. cap. ult. vers. 21. 22.</i> iuxta vaticinium <i>Ieremix c. 25 v. 12. & c. 29. v. 10. & lib. 1. Esdr. cap. 1. vide qq. c. 13. & 14.</i> annus orbis hic notatus respondet ex parte anno Olympiadis, vt sæpe alibi notatum est.</p> | 193 | 217 55 I |
| 3445 | Zorobabel I | 2 | 20 | <p>SOLVTA vt commemoravi captiuitate, redeuntiu in patriam Iudæorum Dux constituitur Zorababel filius Salathielis <i>lib. 1. Esdræ c. 2 vers. 2.</i> & principatum tenet annis 58 <i>Philo Awnij. Mercator</i> Cur autem ex his authoribus, ducum annos putemus, <i>vide qq. c. 15. initio.</i> de Zorobabel ducatu habes <i>Aggæi c. 1. & apud Iosephum. lib. II antiq. c. 4.</i> Redeunt 42360. exceptis feruis. <i>lib. 1. Esdræ c. 2. restituit Cyrus vasa templi, ibidem c. 1.</i></p> | 194 | 218 55 2 |
| 3446 | 2 | 3 | 21 | <p>Hoc tertio Cyri anno, & forte ineunte, cæperunt Zorobabel & Iosue Sacerdos ædificare templum, nēpe anno secundo aduentus in Iudæam. <i>lib. 1. Esdr. cap. 3. vers. 8. & lib. 3. Esdr. c. 5. vers. 56. 57. & qq. c. 14. in fine.</i> concessa ad id facultate anno primo Cyri, <i>ex lib. 1. Esdr. c. 6 vers. 3.</i> est etiam annus vltimus visionis Danielis, <i>lib. Daniel. c. 10 vers. 1. vide Perer lib. 12 in Daniel. initio.</i> Denique hic annus est quo primū cæperunt filii Israel seu Iudæi post reditum colere agros. quod addo, vt sciatur nunc primū post reditum cæpisse supputari sabbata terræ, hebdomadas & annos Iubilæi. <i>vide annū orbis 2537. & 2530.</i></p> <p>Contigit eodem tempore colloquium Solonis & Croesi, de quo Herodotus li. 1. reliquit enim Solon Athenas anno 1. Olymp. 55. ex Diony. & Dione lib. 38. primū venit in Ægyptum; inde in Cyprum. postremo in Asiam, vbi Croesum conuenit. vnde potuit tandem rediisse in Cyprum.</p> | 195 | 219 55 3 |
| 3447 | 3 | 4 | 22 | <p>Anno excurrente vigesimo belli cum Etruscis, Etruria cæpit Romanis subesse legibus, & imperio regis Seruii Tulli. <i>Diony. Halic.</i></p> | 196 | 220 55 4 |
| 3448 | 4 | 5 | 23 | <p>PISISTRATVS Megacle & Lycurgo nitentibus, pulsus Athenis venit iterum in Italiam. Sed cum Lycurgus ad tyrannidem quoque aspiraret, breui reuocatur Pisistratus, ipso Megacle auctore. <i>Herod.</i></p> | 197 | 221 56 I |

| Orbis | Ind. | Per Anu | Romae | | P.C. | Sup. |
|-------|------|---------|-------|--|------|----------------|
| 3449 | 5 | 6 | 24 | Scribit <i>Herodotus</i> iterum Athenis pulsum Pisistratum nitente Megacle. nec restitutum ante exactos vndecim annos. <i>vide annum V.C.209.</i> | 198 | 222 56 2 |
| 3450 | 6 | 7 | 25 | Florebat nunc Athenis Theſpis poeta. Ad idem tempus ab Eusebio referuntur Anaximenes, Anaximandri discipulus, & Simonides poeta Lyricus, quem <i>Cicero de orat.</i> ait primum scripſiſſe de arte memoriae. <i>Plinius etiam lib.8.c.28.</i> inuentorem facit quatuor characterum quos ſuis prioribus adiunxerunt Graeci. | 199 | 223 56 3 |
| 3451 | 7 | 8 | 26 | XENOPHANES de quo supra ex <i>Eusebio</i> adhuc florebat, philoſophus & poeta. Eum ſequuti discipuli ſunt poſt aliquot annos Parmenides, Leucippus, Zeno, Protagoras, Diogenes Smyrneus, Anaxagoras, Epicurus, & Metrodorus à Chio oriundus. | 200 | 224 56 4 |
| 3452 | 8 | 9 | 27 | Eſt apud <i>Eusebium in Chron.</i> templum Appollinis Delphicum iterum incensum. quod aliqui ad hanc Olympiadem ineuntem, alii ad ſequentis initium referunt. Cerrum eſt ſæpius incensum hoc templum. Duas habebant Athenienſes his temporibus factiones, Piſiſtratidas & Alcæonidas à Piſiſtrato & Alcæone ducibus. Scaliger interpretatur, hoc de quo Eusebius incensum, immiſſum à Piſiſtratidis, & inſtauratum poſtea templum ab Alcæonidis. Atque ad hanc inſtaurationem plurimum contuliſſe Amasim Ægypti regem. | 201 | 225 57 1 |
| 3453 | 9 | 10 | 28 | PYTTACVS princeps Mitylenenſis, habitus vnus è ſapientibus Græciæ, & Croeſo regi amicitia iunctus, nunc obiſſe putatur ex <i>Herodoto</i> . Diogenes Laertius eius exceſſum aliò refert. de Ariſtea philoſopho, poeta & Mago, Suidas. | 202 | 226 57 2 |
| 3454 | 10 | 11 | 29 | Croeſus conſulit oraculum de bello in Cyrum, reſponſo ambiguo decipitur. vt Scribit <i>Herodotus lib.1.</i> | 203 | 227 57 3 |
| 3455 | 11 | 12 | 30 | CYRVS, Scythas bello inuadit, & victis acie hoſtibus Amorgen regem abducit captiuum. Sed vxor Sparethæ collecto nouo exercitu, Cyrum victum capit. quo remiſſo in regnum, maritum recuperat <i>Ctesias</i> . | 204 | 228 57 4 |
| 3456 | 12 | 13 | 31 | SOLON Athenienſis ex longa profectione reuerſus in Cyprum, diem ibidem claudit anno ætatis 80. vt narrat <i>Diogen. Laert.</i> tamen <i>Plutarchus</i> in eius vita ſcribit obiſſe Athenis. | 205 | 229 58 1 |
| 3457 | 13 | 14 | 32 | THALES Mileſius vnus è ſeptem Græciæ ſapientibus, & inſtitutor ſectæ Ionicæ, moritur ſub exeuntem annum primum Olymp. 58. plus quàm nonagenarius. <i>Diog. Laert.</i> | 206 | 230 58 2 |

PERIODVS 7.

| Orbi s. | Iuda. | Persar. | Roma. | 50 | V. C. | U. resp. |
|---------|-------|---------|-------|--|-------|----------------|
| 3458 | 14 | 15 | 33 | <p>SARDIS Lydiæ vrbs primaria obfessa à Cyro capitur. in qua etiam captus est Croesus vltimus Lydorum Rex, licet honorificè custoditus & habitus deinceps à Cyro. sic cessat Lydorum regnum, cui initium cum Eusebio dedimus per triennium ante primam Olympiadem. atque ita stetit annis 133. si destructum est hoc tertio anno Olympiadis 58 captis Sardis. vt notat <i>Euseb. in Chron.</i> Aut si cum aliis referatur captus Croesus ad annum primum huius Olympiadis, quod etiam subindicat <i>Eusebius</i>; sic stetit regnum annis circiter 130. demum Scaliger hunc casum refert ad exeuntem hanc Olympiadem, aut etiam ineuntem 59. in tanta varietate Sententiarû, elegi annum Olympiadis huius 58 tertium. <i>Plurac. 10. num. 28.</i> Narrat Herodotus eodè tempore pugnatum à 300. Lacedæmoniis, aduersus todidem Argiuos, eodem euentu quo supra ad annum V. C. 85. de Horatiis dictum est</p> | 207 | 231 58 3 |
| 1459 | 15 | 16 | 34 | <p>Post captum Croesum Lydii rebellant, sed misso in eos exercitu iterû subiugati sunt, & feuerioribus quàm antea legibus constricti. <i>Herod.</i> Cyrus eodem tempore mouet in Græcos, qui minorem Asiam incolebant. <i>Euseb. Chron.</i></p> | 208 | 232 58 4 |
| 3460 | 16 | 17 | 35 | <p>Anno V. C. 198. pulsus Athenis fuit Pisistractus. nûc vero exactis ab eo tempore annis vndecim, post pulsos in exilium Alcmenidas, restituitur patriæ, & principatum tenet reliqua vita. <i>Herod. lib. 1. Justin. Euseb. Aristot. lib. 5. Politic.</i></p> | 209 | 233 59 1 |
| 3461 | 17 | 18 | 36 | <p>Ab hoc Cyri tempore vsque ad Darium Histaspis, nihil memorabile in Græcia gestum in re militari. regerantur enim ciuitates à suis quæque tyrannis. quibus hoc tantum curæ fuit, vt quisque suam conferuaret, ne quid caperet detrimenti, respub. <i>Thucid. lib. 1.</i></p> | 210 | 234 59 2 |
| 3462 | 18 | 19 | 37 | <p>PHERECIDES Syrus hoc tempore florebat. viuebat etiâ Pythagoras eius discipulus sectæ Pythagoricæ author. <i>Cic. 1. Tuscul. Plin. lib. 7. Diog. Laert.</i></p> | 211 | 235 59 3 |
| 3463 | 19 | 20 | 38 | <p>PYTHAGORAS nunc in Ægyptum venit. & doctus Ægyptiorum disciplinam, primus dicitur in Græciam philosophandi inuenisse rationem accuratam. Authores iam citati.</p> | 212 | 236 59 4 |
| 3464 | 20 | 21 | 39 | <p>Tempore Cyri & Solonis viuebat Sibylla Hellipontica, oriunda è Phygia, vt narrat Lactantius.</p> | 213 | 237 60 1 |
| 3465 | 21 | 22 | 40 | <p>HIPPONAX Poeta fuisse putatur. Olymp. 23. ab <i>Eusebio in Chron.</i> rectius tamen <i>Plin. lib. 26. c. 5.</i> scribit floruisse hac Olympiade 60. de eius cum Bupalò & Anthemo sculporibus contentione vide eundem Plinium.</p> | 214 | 238 60 2 |
| 3466 | 22 | 23 | 41 | <p>ANACREON poeta Lyricus, vt obseruat in <i>Chro. Eusebius</i>, hoc tempore agnoscitur. quam etiam temporis sedem dat Phocylidi, & Simonidi Lyrico. quibus addit Xenophanem Physicum & poetam. At de Phocylide lege <i>Scaligerum ad annum Euseb. 1480.</i></p> | 215 | 239 60 3 |

PERIODVS 7.

51

V. C. Olympiad.

| Orbis. | Iuda | Perse. | Roma |
|--------|------|---------------|-----------------|
| 3467 | 23 | 24 | 42 |
| 3468 | 24 | 25 | 43 |
| 3469 | 25 | 26 | 44 |
| 3470 | 26 | 27 | Tarquinius I |
| 3471 | 27 | 28 | 2 |
| 3472 | 28 | 29 | 3 |
| 2473 | 29 | 30 | 4 |
| 2474 | 30 | Cambyses I | 5 |

Inter alias huius temporis res tragicas, Dionysius Halicar. meminit improbæ illius Tullia Romanæ, quæ Tulli Seruii Regis filia, potione venenata maritum extinxit, ut alio potiretur quem regem fore sperabat. cæca est ambitio, & præceps malum si animo semel plene infederit.

CYRVS crebris victoriis dominator iam Syriæ & Asiæ effectus, Scythas bello aggreditur, qui Massagetæ dicti sunt, quibus Tomyris regina imperabat. & primo congressu fusus est Scytharum exercitus, capto & occiso reginæ filio. *Herodo. lib. 1. & Iustin.*

Scribit Metasthenes hoc Scythicum Cyri bellum, durasse annis sex. Nec nisi morte Cyri finitum. id si verum est, error aut scriptoris aut numeri est in Iornâde, qui ab excidio Troiano huc vsque, ex Trogo Pompeio numerat annos tantum 630. Prochronismus est annorum 19.

POLYCRATES in Samo & vicinis insulis nunc regnator agnoscitur, qui etiam cum fratribus maris illius obtinet imperium. *Euseb. Thucid. lib. 1. & Herod. lib. 3. Cicero lib. 5. de finibus.*

SERVIVS Rom. Rex occiditur à genero L. Tarquinio, qui regnare nunc inceptit. est hic Tarquinius superbus, rex septimus & vltimus Romanorum, regnat annis 35. *Dionys. lib. 4. Solin. c. 2.* contigit hoc ad initium anni quarti, Olympiadis 61. ex *Dionysio*, quæ omnia rectè confirmant sedem Olympiadû, siue per annos expansos putes ad Tarquinium, siue ad Cyrum.

Narrat Herodotus nunc regnasse Arcefilaum apud Cyrenenses. quo etiam tempore Anaximandro attribuit Diogenes Laert. artem fabricandi horologia & Sphæras.

Iuxta historiam de Cyri rebus quam dant Herodotus, & Iustinus, protrahitur huc vsque Cyri bellum vltimum. iam à quinquennio inchoatum cum Scythis.

Hic vltimus est Cyri annus, de cuius excessu varia scribunt authores. Ctesias libro vndecimo de rebus persicis. scribit supremum Cyro bellum fuisse cum Amorrhæo, apud Derbices rege. quibus ad Caspium mare dat sedem Pomponius; & Cyrum victoria potitû, sed ex vlunere accepto obiisse post triduum. addit *Strabo lib. 15.* sepulturæ mandatum apud Pasagardas in vrbe à se extructa. denique *Xenophon* author est Cyrum non in bello, sed domi diem clausisse. verum ab his dissentit quod habent *Herodotus & Iustinus*, qui scribunt Cyrum à Tomyride regina victum & occisum.

CAMBYSES CYRI filius natu maximus regnare incipit apud Persas. regnat annis 8 integris. *qq. c. 15. nu. 13.* Si recipiendus est Ctesias dans illi plures annos, intellige regnasse aliquandiu cum patre. Ptolemæus Cambysis annum 7, componit cum 225 Nabonassari. Hic Cambyses, à multis putatur ille Assurerus Artaxerxes, qui *Esdra lib. 1. cap. 4.* prohibet templi instaurationem, vsque ad secundum Darij Histaspis annû. Nam alter ille Artaxerxes, dictus longimanus, nō prohibuit,

| V. C. | Olympiad. |
|-------|-----------|
| 216 | 240 |
| | 60 |
| | 4 |
| 217 | 241 |
| | 61 |
| | 1 |
| 218 | 242 |
| | 61 |
| | 2 |
| 219 | 243 |
| | 61 |
| | 3 |
| 220 | 244 |
| | 61 |
| | 4 |
| 221 | 245 |
| | 62 |
| | 1 |
| 222 | 246 |
| | 62 |
| | 2 |
| 223 | 247 |
| | 62 |
| | 3 |

| Orbis | Iuda. | Perfa. | Roma | PERIODVS 7. | §3 | V.C. | Olymp. |
|-------|-------|---------------|------|--|-----|----------------|--------|
| 3480 | 36 | 7 | 11 | Nunc à Cambyse condita in Ægypto Babylon, in loco vbi antea Lotopolis fuit. <i>Iosep. antiq. lib. 2. c. 5. in fine.</i> condidit quoque in insula Nili urbem de nomine sororis suæ dictam Meroen: vbi antea steterat Saba gentis Æthiopicæ quondam regia <i>ex eodem Iosepho, citato cap. 5. Strab. lib. 17.</i> | 229 | 253 64 1 | |
| 3481 | 37 | 8 | 12 | Vt scribit <i>Plinius. lib. 33. c. 4.</i> Polycrates Samiorum tyrānus supra humanā fortē habitus est fortunatus. quod etiam annuli in mare proiecti & postea reperti indicio demōstrat. Sed hoc pene anno V.C. 230. cæsus à quodam Cābyfis duce qui Ottanes vocabatur, miserimè vitam finiuit. <i>Herodot. Strabo, & Cicero lib. 5. de finibus.</i> Eodem anno Cambyfes viuendi finem fecit in Ægypto, morbo cōsumprus in flore ætatis. regnū Persicū magus occupat. <i>Ctesias. Herod.</i> | 230 | 254 64 2 | |
| 3482 | 38 | Magi. 1 | 13 | Post Cābysem duo fratres magi regnū Persicū occupant inquit <i>Euseb. in Chro.</i> horum vnus, qui à Græcis Smerdes, à Ctesia vocatur Spendatus, probè se Cambyfis fratrem (quem negabat occisum) simulans, regnū tenuit plus quam 7. menses, <i>Ctesias-Herodotus.</i> | 231 | 255 64 3 | |
| 3483 | 39 | Darius. 1. | 14 | In Perside detecta Magorū fraude, septem Satrapæ communicato cōsilio perditos homines tollūt è medio, electusque est Rex Darius filius Histaspis, qui regnat annis 36. <i>ex Herodoto lib. 7. Eusebio. Iulio Africano & Hieronymo.</i> Anapha vnus è. 7. percussoribus magorum accepit in præmium restituti regni, Cappadociā, ab omni vectigali immunem, quam ipse & successores retinuerunt vique ad Romana tempora. | 232 | 256 64 4 | |
| 3484 | 40 | 2 | 15 | Hoc anno secundo Darij, Zorobabel & Iosue Pontifex, vt habet communior scriptorum sententia, inchoant iterum templi structuram, <i>3. Esd. c. 5. vers. 57. & c. 6. Itē Aggei c. 1. & Zachar. 1. vide tamen qq. c. 14. nu. 22.</i> vbi de anno secundo Darij nothi tractatur quæstio. vide quoque annum vrbis 329. Hoc insuper secundo anno huius Darii Prophetauit Aggæus & Zacharias. <i>Aggæi primo. & Zachar. 1. vide qq. c. 14. nu. 22.</i> Post annos 10, Hippias, propter tyrannidē pulsus Athenis, veniet ad Darium. <i>Herod. lib. 5. contigit anno V. C. 243.</i> | 233 | 257 65 1 | |
| 3485 | 41 | 3 | 16 | PLATÆA vrbis Beotiæ mediterranæ, posthabita cum Thebanis societate, fœdus inicit cum Phocæsis, durauitque vsque ad belli Peloponesiaci annum quintum, quo Lacedæmonij Platæas ceperunt. <i>Thucyd. lib. 3.</i> | 234 | 258 65 2 | |
| 3486 | 42 | 4 | 17 | Babylonij post Cambyfis mortem rebellantes, sustinent biennio bellum Persicū. tandem tamen obfessa aliquandiu Babylone potitur Darius, industria vsus Zopiri inter Persas Satrapæ, qui simulata defectione à Dario, Dux militiæ Babylonicæ constituitur. cui sic facile fuit rebelles iterum Persicō subiicere imperio. ita quidem <i>Herod. lib. 3. & Iustin.</i> tamen <i>Ctesias</i> hoc ad Xerxis regnū vult pertinere, & à Megabiso Satrapa gestum. | 235 | 259 65 3 | |

| Orbis | Iuda. | Persa. | Roma | 54 | PERIODVS 7. | V. C. | Olymp. |
|-------|-------|--------|------|----|--|-------|----------------|
| 3487 | 43 | 5 | 18 | | TARQUINIUS, superbus quidem, sed bello strenuus bis de Sabinis insignē reportauit victoriam, & primus Romana arma mouit in Volscos, cum quibus sæpe & feliciter pugnavit. <i>Diony. Halic.</i> | 236 | 260 65 4 |
| 3488 | 44 | 6 | 19 | | ANNO DARIJ sexto expleto, templum interius completum est. <i>lib. 1. Esd. cap. 6. vers. 15. & lib. 3. Esd. cap. 7. vers. 5.</i> celebratur Pascha, & azymorum solennitas. <i>lib. 1. Esd. cap. 6. vers. 19.</i> at plenē anno Darij nono templi opus absolutum fuit. <i>Iosephus lib. 11. antiq.</i> qua ratione tamen id sub hoc Dario acciderit, <i>vide qq. c. 14. nu. 22. & c. 15. nu. 23.</i> | 237 | 261 66 1 |
| 3489 | 45 | 7 | 20 | | POLICRATES apud Samios tyrannus periit anno V. C. 230. iam vero eius frater Siloson, comparatis aliunde copiis, principatum Samiorum recuperat, pulso Mæandrio hoste. <i>Herodotus lib. 3.</i> licet in anno dissentiat, leui prochronismo. | 238 | 262 66 2 |
| 3490 | 46 | 8 | 21 | | HERODOTVS <i>lib. 4. & Iustinus lib. 2.</i> narrant bellum nunc gestum à Dario cum Scythis. in quo feliciter initio pugnavit superatis Getis. sed ad proferendum vltius imperium progressus, magna passus est damna à Scythis. coactusque redire in Persidē. In hoc itinere pontem istro imposuit. citati auctores. | 239 | 263 66 3 |
| 3491 | 47 | 9 | 22 | | Athenis Hipparchus occiditur, quatuor annis antequam Hippias eius frater vrbe pelleretur. verū cum hoc accidisse dicatur quo tempore Panathenæa celebrabantur maiora (de quibus anno V. C. 188.) cum hæc trieterica fuerint, debet mors Hipparchi consignari ad annum tertium huius Olympiadis 66. <i>vide Herod. lib. 5. Thucy. lib. 4. & Plato. in dialogo qui inscribitur Hipparchus.</i> | 240 | 264 66 4 |
| 3492 | 48 | 10 | 23 | | Sunt qui nunc tantum putent iacta capitolij Romani fundamenta à superbo rege. scribit Herodotus iam à Dario missum in Africam exercitū, à quo capta vrbs Barca, & vindicata mors occisi Arcefilai regis Cyrenensium. | 241 | 265 67 1 |
| 3493 | 49 | 11 | 24 | | Gestum bellum inter Sibaritas & Crotoniates, magnis vtrinq̄ congestis copiis. hi tamen licet numero longē inferiores, acie vincunt duce Milōne Sibaritas, & ingenti ædita hostium strage Sibarim urbem expugnant <i>Diodor. lib. 12. c. 3.</i> si tamen verum est quod ait <i>Plinius lib. 7. c. 22.</i> captam urbem tempore ludorum Olympicorum, pertinebit hoc ad annum qui proximē antecessit. | 242 | 266 67 2 |
| 3494 | 50 | 12 | 25 | | Hoc tandem anno Hippias Pisistrati filius Athenis pulsus est, auctore Clistene Atheniensis, impellentibus ad id Lacedæmoniis, & Alcæonidis, qui apud Lacedæmonios exulabant. <i>Herod. & alij.</i> Hippias ad Dariū venit, qui post 20. ferè annos Dux Persarum ad pugnam Marathoniam rediit. <i>Thucyd. lib. 6.</i> sic Athenis restituta est forma reipub quam dedit Solon, pulsus tyrannis à Clistene auo Periclis, & ex <i>Isocrate, Alcibiadis Abauo.</i> Thracia, subditur Persis. <i>Herodo. lib. 5.</i> Plutarchus est, qui in Aristide scribit nunc Athenis pulsos 30. tyrannos, sed idem author in Pericle, ait esse Pisistratidas; nempe duces tyrannidis quam Pisistratus cum filiis inuexit. Cæterum eodem penè anno, Roma & Athenæ excusso vnus principis imperio, reipub. formam amplectitur. | 243 | 267 67 3 |

DE CONSULVM ROMA- norum Catalogo, cum annis vrbis, & O- lympiade deinceps composito.

HABES deinceps, Lector, quasi nouam Consulū seriem, nempe à recentiorum quorundam collectionibus aliquantulum diuersam; & cum annis, ac rebus, ut vides, variis comparatam. De qua si non omnium eadem est sententia, nihil est quod mireris. Nos sanè hic Consulū catalogum probabiliore damus, & à doctioribus merito probatum. Alij aliū magis probabunt. Si tamen dissentionis causas desideres, has paucis accipe. Palilia nondum acceperunt fixam apud omnes & certam sedem: sed initia ista vrbis locantur ad annū Iphiti 23. 24. vel 25. iuxta diuersas, quas cap. 10 recensui, de hac re opiniones. Atque hinc primū potuit accidere: quod iidem Cōsules alio atque alio anno apud varios scriptores collocētur. Cuius rei indicium habes tomo 2. ad Christi annū 49, de ludi. secularibus. Alia est huius discrepantia causa, quia vnus annus Consularis integer, si à Ianuario incipiat, inuoluit semper partes duorum annorū vrbis, ob initia diuersa. Nam hinc etiam facile fieri potuit, ut temporū scriptores componerent cum Coss. aliqui priorem illum annum vrbis exeuntem mense Aprili, aliqui posteriorem tunc subsequenter, licet semper accipiendū priorem nonnulli sibi persuadeant. Præterea incertitudinem aliquam admittit hac per fastos Consulares Chronologia, ex ipsa Consulū varietate: partim dum à quibusdam interponitur annus sine Coss. ut fecerunt Onuphrius, an. vrbis 421. & Sigon. an. 420: partim dum plerique volunt tantū notatos esse in fastis ordinarios. Quod collegit sibi ex Dione Baronius, & putat esse certum characterē inueniendi veros Consules. Alii tamen, omisis ordinariis, dant locum aliquando Suffectis, aut etiā honorariis: quod in Diocletiano post depositam purpuram accidisse, aliqua est, nec leuis cōiectura. Notauit quidem Dio Ordinarios fuisse fastis adscriptos à Casare vsque ad Seueri tempora, & ita fere fiebat. Tamen aliter interdum accidisse nemo negabit, qui legit apud Dionem, & Suetoniū in Caio cap. 17. Caium singulis Imperij sui annis fuisse Ordinarium Consulē: cum tamen idem Baronius anno Christi 41. fateatur, & fasti omnes testentur, non omnes quatuor Caij annos fuisse notatos Consulatu Caij. Locus ergo fa-

Etus est suspectis: ac proinde character ille excludens penitus à fastis sus-
 pectos, certus non est, sed vacillat, & non leuem dat occasionem turbandi
 seriem Consulium. Nos siue in hoc Catalogo Consulium huius primi tomi,
 siue ad illos difficiliores Christi annos 73. 74. 75. 111. 113. 117, & deinceps
 notauimus Consules, more à probatissimis authoribus magis recepto. Si
 quæras (quod hic restabat) verum primorum Consulium annum; illud
 receptum quidem est, Romæ accidisse Regifugium (opera potissimum Iu-
 nij Bruti, & Valerij Publicolæ) cum regnatum esset annis 244. ex Diony-
 sio & Tito Liuiio. Sed en tibi nouam inter scriptores, nec exiguam discre-
 pantiam. Nam licet demum anno, quem notarunt Liuius & Dionysius, ex-
 pulsos fuisse Reges, idque mense Februario; quis tamen certò affirmabit
 statim tunc & nulla interposita mora, creatos primos Consules? Præser-
 tim cum dicat Dionysius tantum quatuor menses illius anni currentis re-
 stasse cum designati sunt. Scio quosdam hoc referre ad annum Olympia-
 dis. Verum hoc est vel diuinare, vel diuerticula querere. Scribit etiam
 Plutarchus in vita Publicolæ, occisum Brutum ipso mense Februario.
 His demum adde, admodum incertum esse verum tempus, quo durarunt
 tres primi Consulatus. Legimus quidem Bruto mortuo substitutum Lu-
 cretium, Lucretiæ Patrem: & Collatino (qui coactus est magistratū de-
 ponere) Publicolam: breui etiam substitutum esse Horatium, quem nos
 hic componimus, ex aduerso cum Publicolæ, & qui proinde diutius, quam
 cateri, magistratum gessisse videtur. Sed cum nec facta sit Consulium
 creatio statis temporibus; ut postea: nec de numero mensium quibus du-
 rarunt priores consulatus consentiant scriptores: aut etiam de mense Re-
 gifugij, & ineuntis primi Consulatus; sit ut tota res ferè in ambiguo, &
 coniecturis posita sit. Caterum quod de primi huius Consulatus anno cer-
 tius est, ponitur hic initio insequentis anni. & explicatū satis dedimus cap.
 15. nu. 15. Trium verò sequentium annorum Consules certius puto locari,
 ut in hac nostra fastorum serie referuntur. Notat Dionysius cladem Ma-
 rathoniam contigisse annis ferè 17. post mortē Bruti; & Polybius scribit ob-
 ysse Brutum annis 28 ante expeditionem Xerxis. Hæc, qui conferet cum
 nostris annis expansis, reperiet rectè omnia constare.

CONSULES ROMAE.

| Ab Urbe Condita | Ab Incursionem Persarum duces. | Ab Incursionem Persarum | Ab Incursionem Persarum | Ab Incursionem Persarum | Ab Incursionem Persarum | Ab Incursionem Persarum | Ab Incursionem Persarum | Ab Incursionem Persarum | Ab Incursionem Persarum |
|-----------------|--------------------------------|-------------------------|--|-------------------------|-------------------------|-------------------------|-------------------------|-------------------------|-------------------------|
| 3495 | 13 | Ref. | Romæ sublatis regibus firmatur libertas, annis hic notatis <i>Linii. & Diony. Halicar. lib. 1.</i> consentiant fasti Capitolini, <i>Sigonius</i> , & plures recentiores scriptores. <i>Polybius Casauboniana</i> nus notat annum urbis 245. de quo <i>qq. c. 15. nu. 15. & c. 10 nu. 21. 22.</i> Eiecti putantur 5. Kal. Martii, & ante initium Olym. 68. seu expanso Iphiti anno 268. uti nos hinc iam, deducere incipimus. Constituuntur Consules Brutus & Tarquinius collati uis. <i>Diony Linii, & fasti.</i> Templum Ioui Capitolino dicatum Romæ. <i>vide Sigon. an. 246.</i> illam loci inaugurationem, annis 28 ante primam xerxis transfretationem in Græciam, notat factam <i>Polybius. lib. 3. pag. 176 Casauboniana.</i> nec dissentit hoc a nostris annis expansis, si illa xerxis profectio contigit circa annum regni ipsius quartum. Bizantium a Persis capitur sub Dario. <i>qq. c. 15. nu. 14.</i> Pichagoras Samius author sectæ Pythag. nunc venit in Italiam. <i>Solin. c. 21. Strabo lib. 14 Gelli. lib. 17. c. 21</i> Hic primus philosophi nomen accepit, <i>ex eodem Solino.</i> ille ergo Pythagoras qui ueneris stellæ cursum adinuenit, alius est. de quo scribit <i>Plinius lib. 2. c. 8.</i> <i>Refa Misciolam seu Mesillam Dux Iudæorum</i> constituitur annis, 66. si creditur <i>Philoni Annii.</i> cur hic omissis pōtificibus, notentur deinceps duces quos dedit <i>Philo Annii, vide qq. c. 14. nu. 19. & initio c. 15.</i> | 244 | 268 | 67 | 4 | | |
| 3466 | 14 | | <i>Consules Valerius Poplicola secundum & T. Lucretius Tricipitinus.</i> sub quibus inuentus est, habito censu seu lustro, ciuium numerus ad 130 millia pertingens <i>ex Diony & Liiuo.</i> Rex superbus eiectus nunc armauit <i>Porfennam</i> in Etruria regulum in Romanos <i>Linii. Diony.</i> fuit <i>Porfennæ</i> regia <i>Clusium.</i> <i>Consules Valerius Poplicola tertium, & Horatius Puluilius.</i> <i>Aristagoram</i> Mileti tyrannum seu regulum defecisse nunc a Persis scribit <i>Herodotus lib. 5.</i> qui <i>Iones & Athenienses</i> in belli societatem vocauit. durat 6. annis hoc bellum. <i>Consules Sp. Lartius Flauns & T. Herminius Exquilinus.</i> <i>Porfenna</i> Romam obsidet, sed coactus obsidionem soluere a <i>Mutio Scæuola.</i> <i>Plutar. in Poplicola.</i> <i>Capitolium</i> nunc perfectum penitus. <i>Tac. 19.</i> | 245 | 269 | 68 | 1 | | |
| 3497 | 15 | | <i>Consules Valerius Poplicola tertium, & Horatius Puluilius.</i> <i>Aristagoram</i> Mileti tyrannum seu regulum defecisse nunc a Persis scribit <i>Herodotus lib. 5.</i> qui <i>Iones & Athenienses</i> in belli societatem vocauit. durat 6. annis hoc bellum. <i>Consules Sp. Lartius Flauns & T. Herminius Exquilinus.</i> <i>Porfenna</i> Romam obsidet, sed coactus obsidionem soluere a <i>Mutio Scæuola.</i> <i>Plutar. in Poplicola.</i> <i>Capitolium</i> nunc perfectum penitus. <i>Tac. 19.</i> | 246 | 270 | 68 | 2 | | |
| 3498 | 16 | | <i>Consules M. Valerius Volusus & P. Posthumus Tubertus.</i> Deinceps habetur tyranni seu reges <i>Siciliæ:</i> & nunc incipit regnare <i>Cleander Patareus, Gelæ.</i> regnat annis 7. <i>ex Herod. lib. 7.</i> | 247 | 271 | 68 | 3 | | |
| 3499 | 17 | | <i>Consules P. Valerius Poplicola quartum & T. Lucretius Tricipitius secundum.</i> <i>Ottanes</i> Militiæ præfectus sub <i>Dario</i> <i>Thraciâ</i> adhuc vastat, & <i>Chalcedoniam.</i> <i>Herod.</i> <i>Poplicola</i> nunc domuit rebelles <i>Sabinos</i> <i>Diony. Plutar.</i> | 248 | 272 | 68 | 4 | | |
| 3500 | 18 | | <i>Consules P. Posthumus Tubertus secundum & Agrippa Menenius Lanatus.</i> <i>Sardes</i> ciuitatem <i>Lydiæ</i> in <i>Asia,</i> occupant <i>Iones.</i> hinc natum inter <i>Darium & Iones</i> bellum <i>Ionicum.</i> <i>Herod.</i> | 249 | 273 | 69 | 1 | | |
| 3501 | 19 | | <i>Consules. Sp. Cassius Viscellinus, & Opiter Virginii Tricoftus.</i> Iterum victi <i>Sabini</i> <i>Perfæ</i> vincunt <i>Iones.</i> <i>Miletum</i> capiunt. inde <i>Aristagoras</i> fugit in <i>Thraciam</i> <i>Herod.</i> Idem author <i>lib. 4.</i> describit ingentem <i>Dati</i> exercitum 700000. hominum <i>qq. c. 14.</i> <i>Hecateus</i> historicus floret. | 250 | 274 | 69 | 2 | | |
| 3502 | 20 | | <i>Consules Post. Cominius Auruncus, & T. Lartius Flauns.</i> <i>Sabini</i> iterum victi a Romanis. Nunc obuisse putatur <i>Poplicola</i> sumptu publico tumulatus. <i>Dionys. Linii Plutar.</i> | 251 | 275 | 69 | 3 | | |
| 3503 | 21 | | | 252 | 276 | 69 | 4 | | |

| | | | | |
|------|----|---|-----|----------------|
| 3504 | 22 | <i>Consules Ser. Sulpitius Camerinus & M. Tullius longus.</i> Mar- donius Darii gener & Militiæ præfectus, subigit Macedones. sed ad Athos Macedoniæ montem fœda iactatus tempestate, magnam exercitus partem amisit, ad 20000. hominum. <i>He- rod. lib. 6.</i> | 253 | 277 70 1 |
| 3505 | 23 | <i>Consules Veturius Geminus & T. Æbutius Helua.</i> Aristagoras Milesius antea princeps, dum ciuitatem quæ postea Amphi- polis dicta est sibi parat. eiicitur a Thracibus & trucidatur. <i>Thucid. lib. 4. Herod. lib. 5.</i> detecta Romæ coniuratio de redu- cendo Tarquinio: si annum rectè notat Liuius. | 254 | 278 70 2 |
| 3506 | 24 | <i>Consules T. Largius Flauus secundum, & Q. Clælius Siculus.</i> In Sicilia regnat Gelæ Hippocrates Cleandri frater. <i>Herod. lib. 7.</i> Romani obsessos adhuc tenent Fidenates, & Latinorum co- pias auxiliares profligant. <i>Dionys. Halicar.</i> ac urbem tandem expugnant. | 255 | 279 70 3 |
| 3507 | 25 | <i>Consules A. Sempronius Attratinus & M. Minucius Augurinus.</i> In bello contra Latinos, qui Tarquinio superbo fauebant, T. Largius Dictator primus creatur hunc annum designat <i>Diony- sius</i> huic Dictaturæ. quamuis <i>Liuius</i> ante biennium videatur ei locum dedisse. Dictator, Latinis profligatis inducias firmat ad biennium. | 256 | 280 70 4 |
| 3508 | 26 | <i>Consules A. Posthumius Albus & Tir. virg. Tricostus Cælimon- tanus.</i> Hoc tantum anno volunt aliqui expugnatas Fidenas. Hoc eodem vrbis anno templum Saturno dedicatum, & Sa- turnalia instituta. <i>Diony. lib. 6.</i> Romana plebs deficit a patri- bus & breui reuocatur. <i>Diony.</i> Triennio ferè postea creantur plebis Tribuni. | 257 | 281 71 1 |
| 3509 | 27 | <i>Consules Ap. Claudius Regillensis, Sabinus, & T. Veturius Ge- minus, Cicurinus</i> Romani exactis induciis, repetunt bellum aduersus Latinos, & creato Dictatore insignem reportant vi- ctoriam, ea res omni spe reditus deiecit Tarquinium, qui iam nonagenarius diem Cumis clausit, & sic bello 14 annorum fi- nis impositus est. nempe ab anno V. R. 244. <i>Dionys. & Plutar.</i> | 258 | 282 71 2 |
| 3510 | 28 | <i>Consules A. virg. Tricostus Cælimontanus, & T. Veturius Ge- minus Cicurinus.</i> In Syccilia Hippocrates tyrannus Gelonem sa- crificulum præfecit suæ militiæ, per quem insignes consecu- tus est victorias, etiam contra Syracusanos. <i>Herodot. lib. 7.</i> | 259 | 283 71 3 |
| 3511 | 29 | <i>Consules Post. Cominius Auruncus secundum, & Sp. Cassius Viscellinus secundum.</i> nunc contigit populi secessio Romæ in montem sacrum. quem reduxit Menenius Agrippa ad fabu- lam alludens. promissa tamen est, & instituta tunc Tribunitia potestas, & hoc quidem anno duo tantum Tribuni creati. <i>Diony.</i> qui consignat annum 1. Olymp. 72 quod attingit pene annum v. c. 261. acciditque annis 16. post exactos reges. <i>Cic. oratione pro C. Cornelio.</i> non extat illa quidem, sed frag- mentum hoc habetur ex <i>Asconio & Prisciano.</i> Darii expedi- tio paratur in Græcos. | 260 | 284 71 4 |
| 3512 | 30 | <i>Consules T. Geganius Materinus, & P. Minutius Augurinus.</i> Ma- rathonia clades huc habet annum. Expeditio Darii in Græ- cos & præsertim Atheniensis, ob vastatas incendio Sardes. numerabat quinquies centena millia. Datis dux exercitus. certatur in campo Marathonio Athenis vicino. Athenienses vix 12. millia numerabant duce Miltiade, cui aderant Aristi- des & Themistocles. <i>Gellius lib. 17. & Sulpitius</i> notant consula- tum Macerini. hanc persarum memorabilem cladem narrant <i>Herod. lib. 6. Thucid. lib. 1. & Iustin. lib. 2.</i> Darius tres sequentes annos ponit in nouo apparatu contra Græcos parando. quar- | 261 | 285 72 1 |

to anno deficit Ægyptus, subacta nempe antea a Cambyse. anno 6 a clade moritur Darius.

Consules M. Minutius Augurinus secundum & A. Sempronius Atratinus secundum. anno præcedete qui est v. c. 261. & primus Olymp. 72. vt narrat *Dionysius Halicar.* Cominius, bellum illud in Volscos sustinet, in quo Marcius quidam enituit in expugnanda ciuitate Corioli. vnde ipse Coriolanus dictus est. *Plutar.* in eius vita. Iam vero hoc vrbis anno 262, Romani legatos miserunt ex eodẽ *Dionysio*, ad Gelonem Hippocratis in Sicilia olim præfectum militiæ; nunc & deinceps regulum (de quo ad an. 3510.) qui Romanam frumentum aduherent. sed hoc frumentum populo Romano malè distributum, causam dedit exilio Coriolani. *Plutar.* in eius vita.

Consules Q. Sulp. Camerinus Cornutus. & Sp. Lanus flauus secundum. post Marathoniam pugnam, Miltiades re male gesta in quadam noua expeditione, conticitur in carcerem ab Atheniensibus vbi breui moriens filium reliquit Cimonem magnis ducibus æqualem. *Plutar.* in Cimone. Numerate deinceps facilè quis potest ex *Pausania*, quos dedi qq. c. 8. nu. 9, Lacedæmoniorum reges. quamuis apud *Diodorum* & alios non ita recensentur. nempe a morte Leonidæ Cleomenis fratre de qua 3523.

Consules C. Iulius Iulus, & P. Pinarus Mamertinus Rufus. Iam Romæ prodigia multa accidisse narrantur. Volsci duce Coriolano Romam in extremum adduxerunt discrimen, & urbem cepissent nisi orante matre, arma deposuisset Coriolanus. *Plutarch.* *Diony.* perit ille anno vrbis 263, in tumultu apud Volscos.

Consules Sp. Nautius Rutilus & Sex. furus Medullinus. Darius audita Ægyptiorum defectione, motus arma in Ægyptum, relicta nunc quidem Græcia. prius tamen Xerxem filium designat regni successorem, quamuis natu minorem. ex *Herod.* lib. 7.

Consules C. Aquillius Tuscus, & T. Sicinius Sabinus. Apud Carthaginenses nunc summa rei potitur Amilcar his consulibus Volsci extincto iam antea Coriolano, facilè a Romanis subiugantur. Aristides dictus iustus apud Athenienses præcallebat hoc tempore bellica laude. proximè accedebat Themistocles.

Consules Proclus Virg. Tricostus, Rutilus. & Sp. Cassius Viscellinus tertium. Prior horum consulum post reportatam victoriam contra Æquos, affectans tyrannidem promouet in fauorem populi legem de diuisione agrorum. sed deprehenso crimine damnatus occiditur. *Dionys.* dissentit in anno *Diodorus.* Xerxes Darii filius, succedit patri, regnatque vt minimum 20 annis. *Diodor.*

Consules Q. fabius Bibulannus & Ser. Cornel. Maluginensis Cossus. Xerxes hoc anno debellat Ægyptum. adhuc Romanis contra Volscos pugna est, victis semper Volscis. In Latio littorali populus hic erat, & Campaniæ limitibus, Auxur seu Tarracina Volscorum caput.

Consules L. Aemilius Mamertinus, & K. fabius Bibulannus. xerxes a debellata Ægypto quadrienniũ ferè ponit in paranda expeditione contra Græcos. Athenienses suasore Themistocle centum parant triremes & naues ducentas. fuit illis vsui hic apparatus postea contra xerxem. *Herod.* *Plutarch.*

Consules M. fabius Bibulannus & L. Valerius Volusus Potitus. adhuc Volsci Romanis facessunt negotium. scribit *Linus* nunc Æquos a Romanis domitos, & obsessum Tusculum. rectè hunc vrbis annum 270, comparat *Dionysius Halicar.* cum anno 2. Olympiadis 74.

3513

31

262

286

72

2

3514

32

263

287

72

3

3515

32

264

288

72

4

3516

34

265

289

73

1

3517

35

266

290

73

2

3518

36

Xerxes.

267

291

73

3

3519

1

268

292

73

4

3520

2

269

293

74

1

3521

3

270

294

74

2

| Orbis | Indicium Perfarū. | 60 | PERIODVS. 7 | V.C. Olympiæ. | |
|-------|-------------------|----|---|---------------|----------------|
| 3522 | | 4 | <p><i>Consules G. Iulius Iulus & Q. Fabius Bibulanus secundum.</i> Xerxes parata nobili expeditione hominum vt ferunt 3317920, mittit legatos in Græciam perentes dedi aquam & terram. per Hellespontum in Græciam peruenit. 99. c. 14. nu. 3. Græcise positis priuatis contentionibus armantur in Persas. societatem cum Gelone Syracusarum rege ineunt. Athenienses remisso Ostracismi rigore reuocant Aristidem, aliosque exules. Themistoclem suæ præficiunt militiæ. qui Eurybiadem Lacedæmoniorum præfectum admisit pacis studio, supremum belli imperatorem.</p> | 271 | 295 74 3 |
| 3523 | | 5 | <p><i>Consules K. Fabius Vibulanus secundum & Sp. Furius Medullinus fufus.</i> Hoc demum quarto xerxis anno exeunte itur in Græcos a Persis, nempe anno 4. Olymp. 74. & intra biennium quater cæsus est xerxis exercitus. Artemesia Halicarnasæa regina in re militari probè versata, xerxem socia belli sequuta est. Gelon Syracusanus tyrannus Amilcarem Carthaginensium ducem in acie victum occidit. Oppia virgo vestalis dat incesti pœnas. Persæ traiecto Hellesponto pene exeunte hoc anno 4. Olympiadis 74. magnam faciunt exercitus iacturam ad Thermopylas, vbi tamen Leonidas Lacedæmonius rex Cleomenis frater, cum suis paucis sociis fortiter pugnans occubuit. huic Leonidæ regi successit Plistarchus filius sub tutela pausanix. <i>Pausa. lib. 3.</i></p> | 272 | 296 74 4 |
| 3524 | | 6 | <p><i>Consules Cn. Manlius Vulso, & M. Fabius. Bibulanus secundum.</i> sub hunc annum malè pugnatum sepius est a Persis. cæduntur ad Artemisium ab Euribiade, ad Salaminam a Themistocle; mox a Pausania ad Platæas; ac demùm a Leotychide altero Lacedæmoniorum rege ad Micalem Asiæ promontorium. Euripides poeta nascitur ipso die victoriæ ad Salaminam insulam. Venientes & Hetrusci vincuntur, ab his consulibus. <i>Diony.</i></p> | 273 | 297 75 1 |
| 3525 | | 7 | <p><i>Consules K. Fabius Bibulanus tertium & T. Virg. Tricoftus rutilus.</i> In hunc secundum annum Olymp. 75. incidit fuga Perfarum. fugiens xerxes reliquit Mardonium ducem exercitus in Græcia qui eodem anno Athenas incendit. xerxes post biennium, & Olymp. 76. nouam expeditionem parabit.</p> | 274 | 298 75 2 |
| 3526 | | 8 | <p><i>Consules L. Aemilius Mamertinus secundum & C. Seruilius Structus Ahala.</i> Circa hunc annum obiisse putatur Gelon Syracusanus regulus. succedit Hieron frater. <i>Diodor.</i> qui narrat ab Hierone pulsos in Peloponesum Naxios & Catanenses. Aristides & Timon Athenienses, & Pausanias spartanus vrbes Græcas in Hellesponto & Cypro a Persis occupatas liberant. <i>Thucidides lib. 1.</i></p> | 275 | 299 75 3 |
| 3527 | | 9 | <p><i>Consules M. Horatius Puluilus, & T. Menenius Lanatus.</i> Florēt Pindarus qui ad Hieronem Syracusanum Tyrannum multas scripsit Odas apud Athenienses Cimon de quo supra, ad negotia publica gerenda informatur, ad cautelam contra Themistoclem. Romæ trecenti Fabii, sibi & amicis deposcunt bellum contra Venientes. quos, post sæpe reportatam victoriam, vno die occubuisse in acie narrat <i>Diony. Halic.</i> notatur an. 4. Olym. 75.</p> | 276 | 300 75 4 |
| 3528 | | 10 | <p><i>Consules Aul. Virg. Tricoftus Rutilus. & Sp. Seruilius Structus.</i> Græci scædete inuito se parant ad communem patriæ defensionem: ita tamen vt publicum ærarium Athenis esset. <i>Thucid. Diodor.</i> fœderi præficiuntur Cimon & Aristides Athenienses. singulis annis ex confœderatis vrbibus collecta talenta 460. sed hanc communis belli administrationem verterunt postea Athenienses in dominium, <i>Dionys. & Aemilius probus.</i> xerxes nouam parat expeditionem in Græcos,</p> | 277 | 301 76 1 |

| | | | | |
|------|----|---|-----|----------------|
| 3529 | 11 | <p><i>Consules P. Valerius Poplicola, & C. Nautius Rutilus.</i> Florent Emedocles Agrigētinus ex <i>Euseb.</i> & Herodotus historicus. ex <i>Plin. lib. 18. c. 7.</i> accessit Anaxagoras Clazomenius, præceptor Periclis, Socratis & Thucididis. de Pausania, & anno quo amicitiam cum Xerxe contraxit non satis conuenit inter scriptores. vide 3535.</p> | 278 | 302 76 2 |
| 3530 | 12 | <p><i>Consules Aul. Manlius Vulso, & L. Furius Medullinus fusus.</i> Dum belli præfectura est apud Athenienses, Cimon Persas profligat ad Eionem emporium Asiæ, in ostiis Strymonis fluuii, paucis leucis ab Amphipoli. <i>Thucid. Plutar.</i> Manlius Consul missus contra Veientes, compulit ad quas volebat condiciones. <i>Diony. Halicar. lib. 9.</i> tunc de Veientibus & Hetruscis triumphatum est.</p> | 279 | 303 76 3 |
| 3531 | 13 | <p><i>Consules L. Aimilius Mamertinus tertium, & Vopiscus Iulius Iulus.</i> Dum pax Romanis est foris, domi oritur seditio, propter legem Agrariam, populo perente diuisionem Agrorum. <i>Diony. Halicar.</i> Cimon mare purgat, quod Dolopum piratis scatebat. & eorum insulam Scyros subiecit Atheniensibus. <i>Plutar.</i> Artaxerxes Longimanus patre Xerxe viuente, & adhuc parante secundam expeditionem in Græciam, putatur nunc cæpisse regnare cum patre, iuxta legem Persarum, de qua <i>Herodotus lib. 7. initio.</i> floret Zeno Philosophus.</p> | 280 | 304 76 4 |
| 3532 | 14 | <p><i>Consules L. Pinarius Mamertinus Rufus, & P. Furius Medullinus fusus.</i> Themistocles delatus quoddam in proditionem cum Pausania conspirasset, exulat Athenis: & tandem ad Persarum regem se contulit. sed ne a rege (a quo benignè exceptus est) præficeretur bello contra patriam, putatur voluntaria morte obiisse. saltem ita narrat Diodor. alii armatum pro Persis stetit scribunt. nec conuenit satis inter authores, an ad Xerxem vel ad filium Artaxerxem se receperit Themistocles. Periclem habent Athenienses ducem. de quo <i>Thucid. lib. 2. vide qq. c. 14. nu. 4.</i></p> | 281 | 305 77 1 |
| 3533 | 15 | <p><i>Consules T. Quintius Capitolinus Barbarus, & Ap. Claudius Regillensis Sabinus.</i> Qui anno præcedente infestarunt Romanum agrum tempore factionis in vrbe, nunc his Coss. Audaciæ dant pœnas. Hi fuere Æqui, & Volsci aliqui, <i>Liuius & Diony.</i> Hic idem orbis annus, est nonus iniens a fuga Xerxis, & quintus ante eius mortem quo tendit secunda expeditione in Græcos. ille vero vrbe & Olympiadis exhibit annus (ex duobus in hunc annum orbis incidentibus) quem dederit mensis atticus inchoatæ profectionis, iuxta canonem alibi de his annis ineuntibus & exeuntibus datum. Cæterum ab hoc anno 2. Olympiadis, vsque ad mortem Cimonis (de qua ad annum 3555.) sunt anni integri 21. adde præterea triennium a morte Cimonis, & inde 15. anni 05, vsque ad ruptum fœdus Græcorum, seu inter Athenienses præsertim & Lacedæmonios; resultabit annus orbis quo cæpit bellum Peloponesiacum. <i>qq. c. 14. nu. 9.</i></p> | 282 | 306 77 2 |
| 3534 | | <p><i>Consules L. Valer. Volusus potitus secundum, & T. Aimilius Mamertinus.</i> Teuxunta τειξυντα urbem in Italia nunc conditam notat <i>Diodo.</i> a Micytho Rhegii & Zancli rege. Sophocles primam fabulam adhuc iuuenis docet Athenis. <i>Plutarchi Cimon.</i> Atheniensem Dux Cimon Persis armatis it obuiam, ad oram Pamphiliæ. ducentas numerabat triremes. duplici ac memorabili prælio Persas terra marique vincit, his victoriis coactus Persa, cum Græcis pacem firmat, de qua <i>qq. c. 14. nu. 5.</i> ab hac celebri pace ad finem belli Peloponesiaci, numerantur ab Isocrate in panegy. anni 65. quo toto tempore mansit imperium maris penes Athenienses.</p> | 283 | 307 77 3 |

| Orbis Lacedæmonum Persarū. | | | | V.C. | Olympis. |
|----------------------------|--|-------------------------|---|------|----------------|
| 3535 | | 17 | <p>Consules <i>Aul. Virg. Tricostus Cælimontanus</i>, & <i>T. Numicius Priscus</i>. Nunc apud Lacedæmonios regnat Archidamus. Nascitur Socrates ex <i>Diog. Laertio</i>. Pausanias reus conspirationis cum Persis, morte afficitur.</p> | 284 | 308 77 4 |
| 3536 | | 18 | <p>Consules <i>Quintius Capitolinus Barbatus secundum</i>, & <i>Seruilus Priscus Structus</i>. Hac Olympiade 78. nascitur Andocides orator. <i>Plutar. in 10. oratoribus</i>. si rectè colligit annum quo Athenis præfuit Theagenides.</p> | 285 | 309 78 1 |
| 3537 | | 19 | <p>Consules <i>T. Aimilius Mamertinus secundum</i>, & <i>Q. Fabius Bibulannus</i>. Obiit Olympiade 78 Hieron Syracusis, post eum rex, frater Thrasibulus anno vno. post quem expulsum, Syracusæ manserunt liberæ annis 60. nempe vsque ad Dionysium tyrannum. <i>Diodor. Scholiast. Pindari</i>.</p> <p>Anno hoc septimo ex quo Artaxerxes cepit regnare cum patre, Esdras qui exulabat apud Medos venit à Babylone Hierusalem. <i>Esdra. 7. ver. 1. 6. 7. 8.</i> patrem adhuc superstitem colligit Mercator ex 3. <i>Esdra. 8. ver. 23. vide qq. c. 14. nu. 5. & 11.</i></p> | 286 | 310 78 2 |
| 3538 | | 20 | <p>Consules <i>Sp. Posthum. Albus Regillensis</i>, & <i>Q. Seruilus Priscus, Structus secundum</i>. Aristides dictus iustus diem clausit hoc quarto anno ab exilio Themistoclis. <i>Aemil. Probus</i>. Artabanus apud Persas militiæ præfectus Xerxem regem, & Darium filium natu maximum occidit, & per vim regnat. sed mox occiditur ab Artaxerxe Longimano. anni hic notantur in margine. <i>Diodorus</i> septem regnantis Artabani menses omittit; notatos ab <i>Euseb. vide. Justin. lib. 3.</i> regnat ergo Artaxerxes nunc, vt noto anno proximè sequente.</p> | 287 | 311 78 3 |
| 3539 | | <i>Artaxerxes.</i> I | <p>Consules <i>Quint. Fabius Vibulannus secundum</i>, & <i>T. Quintius Capitolinus, Barbatus, tertium</i>.</p> <p>Artaxerxes Longimanus, <i>Μακρόχρηρ</i>, occiso vt dixi Artabano, regnat annis 40. <i>Euseb. Hierony. Diodor.</i> Dum hic cum patre adhuc regnaret, dixi venisse Esdras Hierusalem. anno 3537. <i>Eusebius</i> putat hunc fuisse maritum Esther. vide an. 3642. <i>Clemens Alexan.</i> dat Longimano annos 41.</p> | 288 | 312 78 4 |
| 3540 | | 2 | <p>Consules <i>Aul. Post. Albus Regillensis</i>, & <i>Sp. Furius Medullinus Fusus</i>. Aegyptii audita morte Xerxis rebellant, & Athenienses sollicitant in belli societatem. <i>Diodor. lib. 11.</i> nec defuerunt Aegyptiis Athenienses. Narrant <i>Thucydides & Plutarchus</i> natum hoc anno dissidium inter Athenienses & Lacedæmonios. Volsci victi à Romanis. <i>Diony.</i></p> | 289 | 313 79 1 |
| 3541 | | 3 | <p>Consules <i>P. Seruilus Priscus</i>, & <i>Aebutius Helua</i>. trecenta hominum millia ab Artaxerxe missa in Aegyptum duce Achemene Artaxerxis patruo, fusa & fugata sunt ope Atheniensium, qui ibidem heferunt annis 6. <i>Thucydides.</i></p> | 290 | 314 79 2 |

| Orbis | Iudeorum Persarum duces. | | | | |
|-------|--------------------------|---|---|-----|----------------|
| 3542 | | 4 | <p><i>Consules L. Lucretius Tricipitius & Sp. Veturius Crassus.</i> Artaxerxes qui; Lacedæmonios concitare nunc non potuit contra Athenienses; nouum mittit exercitum in Ægyptum ducibus Artabazo & Megabizo. <i>Diodor.</i> certant Romani sub his consulibus contra Volcos & Æculanos, cæsis hostium ducibus. iusta acie pugnatum est. <i>Dionys. Halic.</i> Volscum nomen penè deletum.</p> | 291 | 315 79 3 |
| 3543 | | 5 | <p><i>Consules P. Volumnius Amintinus Gallus, & Ser. Sulpitius Camerinus Cornutus.</i> Romani nunc quidem bello carent externo, sed non domestica seditione. <i>Diony.</i> Duces Artaxerxis in Ægypto strenuè rem gerunt: Ægyptii ad deditiõnem coacti. Rex Inarus cruci suffixus. hærent tamen sparsim in Ægypto Athenienses adhuc, ex <i>Thucydide.</i> inter Megarenses & Corinthios pugnatur. <i>Thucyd.</i> Pericles ope oratoris qui Phialtes dicebatur, auctoritatem senatus Areopagitici valde imminuit. sic populo laxata male licentia est: & Cimon Ostracismo pellitur. <i>Diodor.</i></p> | 292 | 316 79 4 |
| 3544 | | 6 | <p><i>Consules Valerius Poplicola secundum, & C. Claudius Regillensis Sabinus.</i> Rediit Esdras in Hierusalem anno 7 Artaxerxis, cum patre regnantis, vt supra ad an 3537. alius etiam notatur nunc septimus regnantis Artaxerxis à cæde patris. neuter tamen ille annus est, vnde peti debet initium hebdomadum Danielis. vti mox ad an. 3559. & 99. c. 15. ostendam. Lisiã insignis orator Syracusanus, nunc venit Athenas inchoato anno 2. Olymp. 80. vt habent plures scriptores. alii notant Olymp. 82. Herdonius Romæ occupat capitolium. sed mox castigatur. <i>Dionys.</i></p> | 293 | 317 80 1 |
| 3545 | | 7 | <p><i>Consules Q. Fabius Vibulanus tertium. & L. Cornel. Maluginensis Cossus.</i> Græcia intestinis vexatur præliis. Corinthii ab Atheniensibus cæduntur. <i>Thucid.</i> Phocenses arma mouent in Dores seu Dorientes Parnassi accolæ, <i>Diodor.</i> Romani hoc anno Tusculum & Antium, vrbes ab Aequis & Volscis occupatas recuperant, hostibus sub iugum missis. <i>Dionysius.</i></p> | 294 | 318 80 2 |
| 3546 | | 8 | <p><i>Consules. C. Nautias Rutilus secundum, & Linius Minutius Augurinus.</i> à Cincinnato ab agricultura ad dictaturam vocato, domiti sunt Æqui & Volsci, necdum tamen cum Volscis depugnatum. <i>Dionys.</i> Mironides Atheniensis Dux insignem reportat victoriam contra Thebanos Laedæmoniorum fautores, & Bæotiam restituit Atheniensibus. <i>Diodor. Thucid.</i></p> | 295 | 319 80 3 |
| 3547 | | 9 | <p><i>Consules C. Horatius Pulvillus, & Minutius Augurinus.</i> Impeditis aliunde bello Lacedæmoniis, Tolundes Dux Atheniensis Laconiam seu Laconicam Peloponesi regionem, hætenus intactam ab hostibus, fœdè vastat abducta præda. <i>Thucid. Diodor.</i> Romæ decem Tribuni plebis creati, cum hætenus tantum essent duo. Horatius Consul triumphat de Aequis victis ad Algidum, in Latio, lapide 12. ab vrbe. <i>Dionys. Halic.</i></p> | 296 | 320 80 4 |

| Orbis. | Jud. | Persa. | 64 | PERIODVS 7. | V. C. | Olymp. |
|--------|------|--------|--|-------------|----------------|--------|
| 3548 | | 10 | <p><i>Consules M. Valerius Maximus. & Sp. Virg. Tricestus Calimontanus.</i> Artaxerxes missa noua expeditione in Ægyptum ducē Megabizo, Ægyptum retinet, Memphim eripit Atheniensibus, qui in acie nunc victi, redibunt anno proximo in patriam. <i>Herod. & Thucid.</i> interim Pericles in ora Peloponesi & alibi Atheniensium auget ditionem, quando laxato aliquantulum Ostracismi rigore Cimon reuocatur ab exilio, ante definitum tempus. <i>Aemilius probus.</i></p> <p>Censorinus putat ad pestilentiam repellendam, institutos primos ludos sæculares. his inquam Coss. & anno vr̄bis. postea sæpe repetiti sunt, non semper æquali temporis interuallo: Discrepant tamen veteres de hoc primorum ludorum initio. Quintos legitur celebrasse Augustus, vt̄i etiam noto ad annum v. c. 736. Sextos celebravit Claudius vt̄i obseruo ad annum Christi 49. nempe anno v. c. 799. & consulibus ibi datis. sed minore interuallo a prioribus. Postea decimosquartos dedit Domitianus, anno Imperii 7. vel. 8. Quos tandem ludos sustulit Constantinus, licet postea sub Honorio dicantur restituti. Cæterum de his lege <i>Dionysium Halic. lib. 54. Plinium lib. 7. cap. 48. Tacit. lib. 11. c. 64. Censorinum & Onuphrium.</i> in quo scriptore vides non satis conuenire authores de anno Romanæ Chronologiæ.</p> <p>Aliqui cum Mercatore putant hunc esse vigesimum annum Longimani (vide annum vr̄bis 308.) ac proinde hoc anno cœpisse restaurari Hierosolymam. at non est sic computandus annus, 20. Longimani: sed tantum ab eo tempore quo solus regnare cœpit. ac proinde ille est qui incidit in annum mundi 3558. post quem sumitur initium 70. hebdomadam Danielis. vt̄ post eum annum obseruo.</p> | 297 | 321 81 1 | |
| 3549 | | 11 | <p><i>Consules T. Romilius Rocus Vaticanus. & C. Veturius Geminus Sicurinus.</i> Narrat Dionysius ab his cōsulibus cæsos iterū Equos. nūc, aliqui regnantem ponunt Perdican Macedonum regem. quem volunt esse vndecimum a cœpto Macedonico regno, quod locauimus ad annum 2306. & protrahimus ad Philippum anno 3643. & Alexandrum magnum an. 3667. interiectorum regum seriem & annos habes <i>99. c. 10. nu. 12.</i> & quā certā sit de his Chronologia. Syracūsani, imitatione Atheniensium Ostracismū inducunt, & vocant ipsi Petalismum. hic annus putatur quo triēnales induciæ illæ sunt authore Cimone, concessæ inter Athenienses & Peloponesum. <i>Thucidides.</i></p> | 298 | 322 81 2 | |
| 3550 | | 12 | <p><i>Consules Sp. Tarpeius Montanus Capitolinus. & Aulus Ateius Fōtinalis.</i> Romani tres destināt in Græciā legatos, ad cognoscendas Græcarum vr̄bium leges. indeque formandum ius Romanum. <i>Liuius, Diony. Halic.</i> Pericles iterum in Peloponesum descendens vincit Sicyonios non procul à Nemea situo, qui Sicyonios diuidit ab Agro Corinthiaco <i>Thucid. Plutar. Diodor.</i></p> | 299 | 323 81 3 | |
| 3551 | | 13 | <p><i>Consules Sex. Quintulus Varus. & P. Curiatius Trigeminus.</i> Hos consules <i>Dionysius lib. 10.</i> componit cum anno v. c. 300. qui etiā attingit Olympiadem 82. ineuntem: Varo peste extincto suffectus est Furius. nunc profecti in Græciam legati, & leges 12. tabularum Romæ post biennium publicatæ sunt a Decemuiris. post annos quinque incisæ sunt in æs, & in publico positæ. <i>vide Gell. lib. 20. c. 1 & Liui. Deca. 1. lib. 3.</i> Pericles nauigans in pontum, maris imperium Atheniensibus integrum seruat. <i>Plutar.</i></p> | 300 | 324 81 4 | |

| Orbis | Indeo. | Persa. | PERIODVS 7. | 65 | V.C. | Olympia. |
|-------|--------|--------|--|----|------|----------------|
| 3552 | | 14 | <i>Consules P. Sestius Capitolinus, & Menenius Lanatus.</i> Notant scriptores à fuga Xerxis per 50 annos floruisse maximè Græciam in omni literatura & arte bellica. <i>Diodor. lib. 12.</i> habuit hoc ferè tempus & seculum Socratem, Platonem, Melissum, Aristotelem, Xenophontem, Aristippum & alios. floruit etiam tunc Phidias statuarius, & Zeuxis. <i>de quo Plin. lib. 34. cap. 8.</i> | | 301 | 325 82 1 |
| 3553 | | 15 | <i>Consules Ap. Claudius Crassinus Regillensis, & T. Genucius Augurinus,</i> Athenienses Duce Cimone Cyprum insulam aggrediuntur, vecti triremibus 206. vbi Perficam classem dissipant. <i>Diodor.</i> Post reditum legatorum è Græcia, abdicatis Consulibus designatis, substituuntur Decemviri, qui conderent ius Romanum. dederunt hi in publicum decem legum tabulas, quibus proximi Consules duas addiderunt. tandemque in æs incisæ pro Rostris appendi iubentur. <i>Diony. Lini. Solinus. c. 2.</i> qui notat hunc vrbis annum. | | 302 | 326 82 2 |
| 3554 | | 16 | <i>Consules nulli. sed Decemviri iterum decernantur.</i> Ex his est App. Claudius Crassinus secundum (nempe nominatus etiam anno præcedente) & Fabius Vibulanus cū collegis. Cimon Cyprum subiicit Atheniësis, & dum parat bellū in Persas moritur anno proximè sequenti, qui est quartus Olympiadis 82. | | 303 | 327 82 3 |
| 3555 | | 17 | <i>Decemviri tertio creantur Ap. Claudius Crassinus tertium, & Vibulanus secundum cum collegis.</i> sed dum insolenter se gerunt Decemviri, populus secessione facta in Auentinum montem, eò rem perduxit vt restituti Tribuni plebis, crearentur eodem anno <i>Consules L. Valerius Poplicola, & M. Horatius Barbatus Potitus.</i> | | 304 | 328 82 4 |
| | | | Sedatis vtcunque bellis Persicis, & renascente dissentione inter Athenienses & Lacedæmonios (vnde post aliquot annos sequutum est bellum Peloponesiacum) obiit iam tandem Cimon in Cypro, anno 4. huius Olympiadis 82. exactis vero ab eius morte tribus annis, pactæ sunt 30. annorum induciæ inter Athenienses & Lacedæmonios. Ab huius vero fœderis aut pacti initio, vsque ad bellum Peloponesiacum, numerantur anni 14. integri. | | | |
| 3556 | | 18 | <i>Consules L. Herminius Exquilinus, & T. Virg. Tricoftus Cælimōtanus.</i> Megareses deficiunt ab Atheniensibus ad Lacedæmonios. <i>Diodor.</i> malè pugnatur ab Atheniensibus in Beotia, occiso duce Tolmide. <i>Diodor.</i> Romæ recrudescens bellum contra Æquos & Volcos, pacat vrbanam seditionem. <i>Diony. Halic.</i> | | 305 | 329 83 1 |
| 3557 | | 19 | <i>Consules M. Geganius Macerinus, & C. Inlius Iulus.</i> deficit ab Atheniensibus Eubœa insula Aegæi maris, hodiè Nigroponte. vacillant alii. <i>Theucid. Diodor.</i> | | 306 | 330 83 2 |
| 3558 | | 20 | <i>Consules T. Quint. Capitolinus Barbatus quartum, & Furius Medullinus fufus.</i> Hic annus videtur induciarum inter Athenienses & Lacedæmonios. tertius nempe à morte Cimonis. Durarunt hæc 30. annorum induciæ, solum 14. annis, post quos cœpit bellum Peloponesiacum. | | 307 | 331 83 3 |
| 3559 | | 21 | <i>Consules M. Genucius Augurinus & C. Curtius.</i> Hic iam, hoc est, à 20 anno Artaxerxis Longimani, recte collocamus initium 70 Hebdomadum Danielis. Nam ab, hoc exitu sermonis, vsque ad Christi annum 34. quo passus mortem est, fluxerunt anni illis Hebdomadibus expressi. vti ostendo <i>qq. c. 15.</i> nam vt ha- | | 308 | 332 83 4 |

| Orbis | Iudaorū | Persarū | 66 | PERIODVS 7. | V. C. | Olymp. |
|-------|---------|---------|---|--|----------------|--------|
| | | | | <p>betur <i>Nehem. c. 2. vers. 16.</i> (vulgò dicitur secundus <i>Esdra</i>) tunc mense Nisan egressus est sermo regis, vt restauraretur Hierusalem. Præest <i>Nehemias</i> populo, & instaurationi murorum (iubente rege) annis 12. <i>Nehem. cap. 5. vers. 14.</i> Adiunabant principes <i>Refa</i>, <i>Eliafib</i>, & alii 2. <i>Esd. 3.</i> Africanus apud <i>Eusebium lib. 8. c. 2. Demonstr. Euang.</i> hunc eundem annum 20. <i>Artaxerxis</i> componit cum <i>Olymp. 83. anno 4.</i> vt hic facimus. <i>Pericles</i> opportunitatem nactus domat <i>Eubœam</i>, de qua an. 3557.</p> | | |
| 3560 | | 22 | <p><i>Consules, Dionysius indicasse videtur</i>, dandos inter quartum consulatum <i>Quintij Capitolini</i>, & <i>Genucium</i>. tamen <i>Cassiodorus</i>, <i>Liuius</i> & alij qui de fastis scripserunt, nullos intermedios dant <i>Consules</i>. quare ad hunc vrbis annum (omissa aliorum sententia) referimus primùm creatos <i>Tribunos Militares</i>, vt ex capitolino lapide supputat etiam <i>Sigonius</i>. quamuis ex <i>Chronologia Liuiana</i> aliqui hos <i>Tribunos</i> referant ad annū 310. at ex marmoribus Romanis, tribus tantum mensibus durarunt hi primi <i>Tribuni</i>. substituti <i>Consules sunt L. Papirius Muggillanus & Sempronius Atratinus</i>. quibus <i>Coss. Zonoras</i> etiam scribit creatos primùm <i>Tribunos Milit.</i> <i>Pericles</i> pulso per <i>Ostracismum Thucidide</i> oratore (non est hic, historicus) <i>Atheniensibus</i> præest annis pene 15. <i>Romæ</i>, in <i>Græcia</i>, & oriente pacata satis omnia leguntur hoc anno.</p> | 309 | 333 84 1 | |
| 3561 | | 23 | <p><i>Consules Geganius Macerinus secundum, & T. Quinctius Capitolinus Barbatius, quintum.</i> <i>Pericles</i> domat rebelles <i>Samios</i> in <i>Elide Peloponesi regione</i>. <i>Thucid. Diodor.</i> <i>Romæ</i> his consulibus primùm electi sunt <i>censores</i>, qui <i>Consules</i> aliqua ex parte leuarent onere negotiorum. de his, & de lustro nunc reuocato in consuetudinem lege <i>Sigonium ad an. 310.</i> Dùm <i>Volsci</i> premerent <i>Ardeam Romanis fœderatam</i>, à <i>Romanis</i> circumuallati accipiuntur in deditiōem, & <i>Geganius Consul</i> urbem triumphans ingreditur. <i>Herodotus</i> historiam in <i>Thuriis</i> in <i>Italia</i> scribit. <i>Plin. lib. 12. cap. 4.</i></p> | 310 | 334 84 2 | |
| 3562 | | 24 | <p><i>Consules M. Fabius Verulanus, & Post. Aebutius Helua Cornicen-sis.</i> Sub his Consulibus <i>Ardea</i> fit <i>Romanorum colonia</i>, perductis eò <i>Romanis ciuibus</i>. <i>Liuius.</i></p> | 311 | 335 84 3 | |
| 3563 | | 25 | <p><i>Consules C. Furius Rufus Pacilus, & M. Papirius Crassus.</i> hic desinunt libri vndecim quot exant, <i>Dionysij Halicarnassei.</i> vti noto cap. 20. num. 14. <i>Corinthiacum bellum</i> exoritur, vnde postea natum <i>Peloponesiacum</i>. <i>Diodor.</i></p> | 312 | 336 84 4 | |
| 3564 | | 26 | <p><i>Consules Proculus Geganius Macerinus, & L. Menenius Lanatus secundum.</i> Dum graui fame vexatur <i>Roma</i> Sp. <i>Meuius</i> populi fauorem largitionibus & auram venatur, sternens sibi viam ad regnum. <i>Liuius.</i></p> | 313 | 337 85 1 | |
| 3565 | | 27 | <p><i>Consules T. Quint. Capitol. Barbatius sextum. Et Agrippa Menenius Lanatus.</i> <i>Menius</i> affectati regni reus dat pœnas, creato <i>Dictatore Quintio Capitolino</i> ad sedandam excitatam à <i>Menio</i> seditionem. <i>Liuius.</i></p> | 314 | 338 85 2 | |
| 3566 | | 28 | <p><i>Consules Mam. Aemilius Mamercinus, & L. Quintius Cincinnati filius</i>, quibus accessit tertius <i>L. Iulius</i>. qui omnes dicti sunt</p> | 315 | 339 85 3 | |

| Orbis | Iudeo. | Persa. | PERIODVS 7. | 67 | V. C. | Olympia |
|-------|--------|--------|---|-----|-------|---------|
| | | | <i>Tribuni Milit. Consulari potestate praediti. Fidenates ad Veientes eorumque reges deficiunt. & populi Romani interficiunt legatos. Linius. Potidaea deficit ab Atheniensibus, aduocat Corinthiorum copias. Diodo. Thucid.</i> | | | |
| 3567 | | 29 | <i>Consules M. Geganus Macerinus tertium, & L. Sergius Fidenas. hic Sergius à Fidenate, bello gesto, vocatus est Fidenas. Linius. idem author narrat acerrimè pugnatum à Romanis & Dictatore M. Aemilio Mamercino, cōtra Fidenates, Veientes, & Faliscos, qui horum auxilio venerant. sed rebus benè gestis Dictator triumphans redit in urbem. Addit Eutropius Fidenas postea captas & excisas. Antiphon vnus ex 10 oratoribus quorum vitam scripsit Plutarchus, primus artem benè dicendi praeceptis compræhensam dedit. Plutar.</i> | 316 | 340 | 85 4 |
| 3568 | Ioanna | 30 | <i>Consules M. Cornelius Maluginensis Cossus, & I. Papius Crassus. Ioanna Ben Refa Dux Iudæorum annis 53. Philo Annij. Amphipolis ab Atheniensibus colonia deducta tenetur. dùm Athenienses Coreyreos tuentur, Corinthum sollicitant contra eos, Lacedæmonios, & sic sensim seminarium apparet belli Peloponesiaci. Diodor. Thucid.</i> | 317 | 341 | 86 1 |
| 3569 | | 31 | <i>Consules C. Iulius Iulus secundum, & L. Virginus Tricoftus. Cōtra Fidenates & Veientes excurrentes Romam vsque, creatur dictator Q. Seruilius Priscus. à quo victis hostibus captæ sunt Fidenæ. T. Linius.</i> | 318 | 342 | 86 2 |
| 3570 | | 32 | <i>Consules C. Iulius Iulus tertium, & L. Virginus Tricoftus secundum. quamuis aliqui Tribunos Mil. hic numerent, tamen Cassiodorus, hos dat Consules. vide Sigonium ad hunc annum.</i> | 319 | 343 | 86 3 |
| 3571 | | 33 | <i>Consules M. Fabius Vibulanus, & Foslius flaccinator. L. Sergius Fidenas Trib. Mil. Consulari potestate. Diodorus hoc anno tres profert Tribunos Mili. consulari potestate. Alii tamen huius anni Consules edunt. Onuphri. Dum Periclem hostes trahunt in inuidiam apud Athenienses, ipse populū Atheniensem incitat ad bellum Peloponesiacum, rupto foedere cum Lacedæmoniis, de quo ad annum urbis 307. Meton Astronomus edidit exeūte Olympiade 86. ἐν τῷ ἀδεκαῳγίδῳ, seu formam anni illius magni, qui continet annos 19. & embolismos aliquot. qui quo modo discrepet ab aureo numero, & quæ eius forma sit, consule Scalig. lib. 2. de emendat. Huius periodi initium putatur à solstitio cancri. qq. cap. 19. num. 25. & vt aliquibus placet, ab anno 316 Nabonassarum, quod habet Ptolemæus lib. 3. Scaliger vero lib. illo 2, probans eandem epocham, notat exeuntem annum 4. Olympiadis 86. quæ ratio temporis satis ostendit Salmanassarum quem locauit ad annū urbis quartum, esse eum quem aliqui cum Ptolemæo vocant Nabonassarum; & huius periodi Metonis initium incidere in hunc urbis annum 320. Dant etiam tabulæ Astronomicæ, huius periodi initium præcessisse mortem Alexandri annis 108, & quibusdam supra centum diebus. contigisse porò ante Christum patientem annis 463. & diebus 187. Non malè sic initur temporis ratio, & satis consentit cum nostra annorum collectione.</i> | 320 | 344 | 86 4 |

| Orbis | Iudaorū | Persarū | 68 | PERIODVS 7. | V. C. | Olymp. |
|-------|---------|---------|--|-------------|----------------|--------|
| 3572 | | 34 | <p><i>Consules L. Pinarius Mamercinus Rufus, & L. Furius Medullinus.</i> His duob⁹ additur à Liuiο Sp. Posthumius Albus, qui vult omnes hos fuisse Tribunos militares. Sopito Perfico bello, apertè nūc geritur Peloponesiacum per annos 37. inter Athenienses & Lacedaemonios, anno 14. à fœdere. de quo, & de huius belli ducibus, Pericle, Alcibiade, & Lyfandro <i>vide qq. cap. 14. num. 9.</i> cœpit ineunte vere, <i>ex Thucidide lib. 2.</i> annis circiter 50 post primam Xerxis expeditionem, de qua supra, anno 3522. Diodorus videtur huius belli initium referre ad posteriores anni menses, dum indicat annum secundum huius Olympiadis. Isocrates orator incipit florere, & nascitur Plato, anno tertio huius belli Peloponesiaci. <i>vide qq. cap. 18. nu. 8.</i></p> <p>Completis muris Hierusalem, Nehemias post duodecim annos ab aduentu rediit ad Longimanum. ac tandem iterum in Hierusalem. <i>Nehem cap. 5. vers. 14. & cap. 6. vers. 1. & cap. 12. ver. 27. item cap. 13. vers. 6. 7.</i> his annis florebat Hippocrates medicus illustris. nempe fœculo Socratis, Patmenidis, Melissi, & Sophoclis poetæ tragici.</p> | 321 | 345 87 1 | |
| 3573 | | 35 | <p><i>Consules T. Quinctius Pennus Cincinnatus, & C. Iulius Menio.</i> Initio belli Peloponesiaci Archidamus Rex Lacedaemoniorū cum exercitu 60 millium, Atticam passim vastat. quem breui redire in patriam coegit Pericles, missa in Peloponesum classe. Thracas aliqui, & Macedones fauent Atheniensibus. <i>Thucid. lib. 2.</i> Pericli vitio & culpæ datum est ab Atheniensibus, quòd passus nouum Lacedaemonum exercitum depopulari Atticam (quæ res pestem acerbam & lectissimæ iuuentutis interitum attulit) ipse copias bellicas amandasset in Peloponesum. quòd anno fecerat superiore. Ostracismo quidem eiectus est sed cū deessent belli duces periti, reuocatus breui est. De pestilentia attica, <i>Hippocrates lib 3.</i></p> | 322 | 346 87 2 | |
| 3574 | | 36 | <p><i>Consules L. Papirius Crassus secundum, & L. Iulius Iulus.</i> Liuius & Cassiodorus hos dant; Diodorus alios. Romanis hoc anno vnde quaque otium est. Obsidetur à Lacedaemoniis Platæa. Athenienses bustum publicè iis faciunt, qui occubuerunt in bello. Hoc tertio anno belli Peloponesiaci, Phormio Dux Atheniensium, classem Corinthiorum ad Neopactum dissipauit, illata clade. <i>Thucid.</i></p> | 223 | 347 87 3 | |
| 3575 | | 37 | <p><i>Consules L. Sergius Fidenas secundum, & Hostus Lucretius Tricipitius, Apud Cassiodorum.</i> Romanis otium est. Moritur Pericles Atheniensium Dux, à 40 pene annis in summo honore apud suos. <i>Plutar. in eius vita & Diodor.</i> Nascitur Plato eodem anno, & septimo post natum Isocratem. <i>Diog. Laer.</i></p> | 324 | 348 87 4 | |
| 3576 | | 38 | <p><i>Consules A. Cornelius Cossus, & T. Quinctius Bennis, Cincinnatus secundum.</i> Quarto iam anno belli Peloponesiaci, vt narrat <i>Thucid lib. 3.</i> celebrantur ludi Olympici. Lesbos insula deficit, ab Atheniensibus, qui proinde misso exercitu obsident Mitylenem. denuò Lacedaemonij Atticam depopulantur, & protrahunt Platearum obsidionem. quam Thucydides qui tunc viuebat tantum facit triennalem. Malè ergo Demosthenes Decennalem dixit. Orat. contra Neeram. Consentiant omnes, Liuius & alij, Cornelium Cossum de Veientibus spolia retulisse secunda, quæ norat (ad hunc V. C. annum) Sigonius, Marti suspendi solita non Ioui. At vero an hoc</p> | 325 | 349 88 1 | |

anno quo fuit Consul, an alio, controuersia est, quam ibidem Sigonius dirimere nititur.

Consules C. Seruilius Structus Abala, & L. Papirius Mugillanus secundum ita Cassiod. Liuius & Diodor. Exacto obsidionis triennio, Lacedæmonij expugnatas Plataeas destruunt *Thucid.* Archidamo Lacedæmoniorum Regi nunc mortuo succedit filius Agis.

Tribuni Mil. Romæ creantur Mil. T. Quinctius & C. furius cum collegis, consulari potestate. Bellum indictum rebellantibus Veietibus. ab his tribunis re malè gesta contra Veios, creatur Dictator Manius, Aimilius Mamertinus tertium: qui victis Fidenatibus & Veientibus castra cœpit, & urbem Fidenatium diripuit. Agis archidami filius Atticam inuadens, terræ motu repellitur. per omnes pene Græciæ ciuitates exortæ seditiones: aliis Democratiâ more Atheniensium petentibus: aliis Oligarchiam vt inter Lacedæmones. *Thucid. lib. 3.* Corcyræ primum ort a seditio hec.

Tribuni Milit. Anl. Sempronius, & L. Quintius cum collegis. Veientibus datæ induciæ in annos 20. *Æquis in tres Liuius.* Demosthenes Atheniensiu dux Ambraciotas vincit. & Pylû munit aduersus Lacedæmonios. qui inde accepta clade repulsi, inducias petunt ab Atheniensibus: sed (quod Cleon orator persuasit) negatas. *Thucid. lib. 4.*

ARTAXERXES moritur circa annum septimum belli Peloponesiaci. *Thucyd. & qq. cap. 14.* succedit Xerxes dictus secundus: regnat menses duos. *Euseb.* Post eum regnat Sogdianus frater menses septem. *Euseb.* Paulo ante hunc annum, exorto in Sicilia inter Syracusanos bello, missus est Athenas Gorgias Leontinus insignis orator. cui auxiliares copiæ ab Atheniensibus concessæ sunt. *Diodor.* post annum, aut circiter rediere in patriam Græci, pace inter Siculos composita.

Tribuni Milit. Appius Claudius & Sp. Nautius cum collegis. Romani nec bello foris, nec domi seditione vexantur. in Græcia Athenienses Cytheram capiunt insulam, & Delium Bæotix oppidû. Lacedæmonij verò Amphipolin Atheniensium coloniam, Brasida duce. culpa data Thucididi Historiographo, qui tunc ductor vnus exercitus, maturè non adfuit obsessis. multatus exilio est 20 annorum. Darius Nothus Lögimani filius quidem, sed ex pellice, & proinde nothus dictus, regnat annis 19. *ex Diodor. Thucyd. Euseb. & Beda.* Obiit sub finem belli Peloponesiaci *qq. c. 14.* Sub hoc Dario fuisse inchoatum, & completum templum secundum: aliqui cum Scaligero, malè & putant & probât, ex Efdra: vt latius disputauit *qq. c. 14. nu. 22.* Nec varius est quod inferit de exitu sermonis, & principio hebdomadam Danielis. quas finiri putat anno 12 Neronis, & fere triennio ante euersum templum, & Nehemiam primùm venisse Hierosolymam anno 20 Menonis. hæc quæ ex se absurda sunt narrasse, est refutasse. *qq. c. 15. nu. 16.*

Consules C. Sempronius Atratinus, & Quintus Fabius Vibulanus. Hos consules edit *Liuius*, præterit *Diodorus.* Atratinus ad Verruginem malè pugnavit cum Volscis. *Valer. lib. 3. c. 2. & Liuius.* Sicyonij ad Lacedæmonios deficiunt ab Atheniensibus.

Tribuni Mil. L. Manlius & Quintus Antonius cum collegis. Solutis modici temporis induciis inter Athenienses & Lacedæmonios, pugnatum est ad Amphipolim Thracix urbem. cæsi duo duces mutuis vulneribus. pax constituta ad 50 annos, quæ tamen sex tantum annis durabit. Hæc acta sub annum 10. belli Pelopon. *Thucid. lib. 5. & Plutar. in Nicia & Alcibiade.*

Consules Quinct. Capitolinus Barbatas, & N. Fabius Vibulanus. quos edunt *Liuius & Cassiodorus.* Fabius fufis *Æquis* quans urbem ingreditur. *Liuius.* Alcibiades apud Athenienses florere in-

| Orbis | Iudeorum P & sarrum duces. | P & sarrum |
|-------|----------------------------|------------|
| 3577 | | 39 |
| 3578 | | 40 |
| 3579 | Xerxes Sogdianus 1. | |
| | Xerxes 1. | |
| 3580 | Darius nothus 1. | |
| 3581 | | 2 |
| 3582 | | 3 |
| 3583 | | 4 |

326

350

88

2

327

351

88

3

328

352

88

4

329

353

89

1

330

354

89

2

331

355

89

3

332

356

89

4

| Orbis. | Lud. | Persa. | PERIODVS 7. | 70 | V. C. | Olymp. |
|--------|------|--------|---|----|-------|----------------|
| 3584 | | 5 | <p>cipit sub annum 11. belli Pelop. <i>Trib. Milit. Quintus Pennas secundum, & Manlius cum collegis.</i> hoc pene 12. anno belli Peloponnesiaci, celebrati sunt ludi Olymp. <i>Diodor. Thucid.</i></p> | | 333 | 357 90 1 |
| 3585 | | 6 | <p><i>Tribuni Mil. Ag. Menenius, & Nautius cum collegis.</i> Inter Græcos ut narrant <i>Diod. & Thucid.</i> Velitares pugnae. Alcibiades author est foederis Atheniensium, cum Argiuis, Mantineis, & Eleis.</p> | | 334 | 358 90 2 |
| 3586 | | 7 | <p><i>Consules M. Papirius Magillanus, & C. Seruilius Axilla secundum.</i> quos tamen cum aliis collegis dat <i>Diodorus</i> esse Tribunos milit. cum consulari potestate. Dum hi, à Lauicanis (Æquorum popu- li sunt) noua arma Romanis illata malè repellunt, creatur Dicta- tor <i>Quintus Seruilius</i>; hic intra 8. dies Lauicos victis hostibus occupat, & se magistratu abdicat. <i>Linus.</i> Rex Lacedæmoniorum vincit Argiuos. Mantinea sequitur Lacedæmoniorum partes. <i>Thucid. Diodor.</i></p> | | 335 | 359 90 3 |
| 3587 | | 8 | <p><i>Tribuni Mil. Pub. Lucretius Tricipitinus secundum & L. Seruilius cum</i> <i>collegis</i> Res Romanæ quietæ sunt à bellis. Argiui suafore Alcibia- de, vrbis muros producunt ad mare, quo possint facilius iuari ab Atheniensibus. <i>Thucid. lib. 5. Diodor.</i></p> | | 336 | 360 90 4 |
| 3588 | | 9 | <p><i>Tribuni Milit. Aul. Sempronius Aratinus tertium, & M. Papirius</i> <i>Mugillanus secundum cum collegis.</i> Romanis pax est ab hostibus. Perdicas Macedonum rex redditur Atheniensibus inensus. La- cedæmonij destruunt Argiuorum muros. Exoritur bellum Siculū inter Ægestanos & Salinuntinos. Ægestani victi petunt & obti- nent ab Atheniensibus auxilium. <i>Thucid. lib. 6.</i> natū est hoc bel- lum circa annum 16. ab inchoato Peloponnesiaco. <i>qq. c. 14. nu. 16.</i></p> | | 337 | 361 91 1 |
| 3589 | | 10 | <p><i>Tribuni Mil. Cornelius Cossus, & Quintus Cincinna, cum collegis.</i> Æqui arma inferūt Lauicanis, nouis iam colonis Romanis. clas- sis attica missa in Siciliam ducibus Alcibiade, Nicia & Lamacho. sed Alcibiades accusatus Athenis absens, reuocatur. qui timens sibi ab inimicis, deficit ad Lacedæmonios. <i>Thucid. lib. 6.</i> Diagoras dictus <i>ἀβελός</i>, accusatus apud senatum Atheniensem hoc nomine, se dat in fugam, deferens Atticam. <i>Diodor.</i></p> | | 338 | 362 91 2 |
| 3590 | | 11 | <p><i>Tribuni Mil. Q. Fabius Vibulanus secundum, & Cornelius Cossus cum</i> <i>collegis.</i> In his T. Posthumius: qui missus contra Æquos, dicitur à militibus lapidatus propter crudelitatem. <i>Linus.</i> Lacedæmonij hortante Alcibiade rumpunt inducias cum Atheniensibus. & huius secundi belli excurrent deinceps anni 12. Lacedæmonij porrò muniunt Deceliam, in Attica Atheniensem castellum. quæ res vna, maximè obfuit postea Atheniensibus. <i>Thucid. Diod.</i></p> | | 339 | 363 91 3 |
| 3591 | | 12 | <p><i>Consules M. Cornelius Cossus & L. Furius Medullinus.</i> eisdem no- tant <i>Cassiod. & Diodor.</i> Athenienses in Sicilia profigantur hor- renda clade. ex quo multi deficere cœperunt ab attico imperio, cœpitque contemni passim. periit in Sicilia Nicias dux, vna cum Demosthene Duce altero. <i>Plutar. in Nicia. & Thucid. lib. 7.</i> Hoc eodem anno quo Athenienses in Sicilia bello superstites, me- ditantur reditum in Græciam, contigit eclipsis lunæ, quam in- cidisse in Olympiadem hic in margine notatam, notauit. <i>Diodor. & Plutar. in Lysia.</i> consentitque id cum dato vrbis anno 340.</p> | | 340 | 364 91 4 |
| 3592 | | 13 | <p><i>Consules Q. Fabius Ambustus, & C. Furius Pacilus.</i> Romanis tan- tum de morbo & annona negotium fuit, hoc biennio toto. Hic orbis annus est vigesimus belli Peloponnesiaci, & ad quem produ- xit (redeunte Alcibiade Athenas) Thucydides suam Historiam, bellum vero ipsum finitum est post 7. annos, & anno circiter or- bis 3599. quando captæ sunt Athenæ; nempe anno 4. Olympi.</p> | | 341 | 365 92 1 |

| Orbis. | Ind. | Perſarū | | | |
|--------|------|---------|---|-----|----------------|
| | | | 93. nam à capta Troia ad primam Olympiadem, ſunt anni 407. Ab Olympiade vero prima ad finem huius belli ſunt anni 372. capta enim ſunt Athenæ exeunte Olym. 93. ex <i>Diod. Sic.</i> hi autem anni hinc conſtati, nèpe 779. numerati ab excidio Ilii; efficiunt, vt finis belli Peloponeſiæ ſit annus orbis 3599. <i>qq. c. 4. nu. 9 & c. 8. nu. 10.</i> | | |
| 3593 | | 14 | <i>Conſules M. Papirius Mugillanus, & C. Nautius Rutilus. ex Caſſiodoro & Lini.</i> Athenienſes ab omnibus penè deſerunt. acceſſit ad mali cumulum fœdus Perſarum cum Lacedæmoniis anno 13. Darij; ex <i>Thucidide lib. 8.</i> & quamuis Athenienſes vicerint Peloponeſios ad Epidaurum ex <i>Thucid. lib. 9.</i> tamen ante reditum Alcibiadis, res Athenienſium non ſtetit ſecura. reuocatur vero ab exilio hoc ipſo anno, vt iam dicam, | 342 | 366 92 2 |
| 3594 | | 15 | <i>Conſules M. Aemilius Mamercinus, & C. Valerius Potitus Voluſius. C. Valerius Æquos</i> qui Carmetanam arcem occupant, præſidio deiecit: recuperataque arce, urbem ouans ingreditur. <i>Lini.</i> Alcibiades timēs inuidiam ducum Lacedæmoniorum, communicauit conſilia cum Tiſſapherne Perſarum duce contra Lacedæmonios, rediitque ſic anno præcedente ad exercitum Athenienſem, quo tempore Traſibulus dux Atticus Laconicam claſſem & Mindarum ducem vicit, vt in fine operis narrauit <i>Thucidides.</i> Pars victoriæ magna manſit Alcibiadi, qui ipſo tempore cõſtitus cum aliquot triremibus ſuperueniens, egregiè pugnauit. | 343 | 367 92 3 |
| 3595 | | 16 | <i>Conſules C. Cornelius Coſſus, & L. Furius Medullianus ſecundum.</i> Romæ primùm Quæſtores ex plebe creati. Verruginem in Volſcis recipit Romanus exercitus. Alcibiades cum Thraſibulo & Theramene Athenienſium ducibus, Cyzicum ad Propontidem recipiunt, Lacedæmonum nauibus potiuntur, & Hellespontici maris imperio. Mindaro duce mortuo Lyſander Dux apud Lacedæmonios conſtituitur. <i>Xenophon. lib. 1. Diodor. & Plutar. in Lyſandro.</i> | 344 | 368 92 4 |
| 3596 | | 17 | <i>Tri. Mil. C. Iulius Iulus, P. Cornelius Coſſus, & C. Seruilus Abala, conſulari poteſtate.</i> Creatus dictator P. Cornelius facilè Volſcos & Æquos cõpeſcuit. <i>Lini.</i> Caruentana ab Æquis recuperata. Thraſibulus, dux Athenienſiū Regem Lacedæmoniorum qui Atticam infeſtabat, repellit, & Chalcedonem recuperat, occiſo Hippocrate duce Laced. Alcibiades Bizantium recipit. <i>Xenophon. Diodor.</i> Hannibal ab Ægeſtans in Siciliam euocatus, clade illata Salinutinis, redit Carthaginem ſpoliis diues. <i>Xenop. lib. 1. Diodor.</i> | 345 | 369 93 1 |
| 3597 | | 18 | <i>Tribuni Milit. C. Valerius Potitus ſecundum, & Seruilus Abala ſecundum cum collegis.</i> Volſci expugnant Verruginem, cæſo Romanorum præſidio. <i>Lini.</i> Medi qui à Perſis defecerunt, nunc à Dario ſubaçti ſunt. quod accidiffe an. 1. Olymp. 93 teſtatur <i>Xenop. lib. 1.</i> Alcibiades qui non niſi rebus Athenienſium ad priſtinum ſtatum reuocatis voluit venire Athenas, nunc tandem exacto biennio à reditu ad exercitum, urbem ingreditur, magna omnium lætitia exceptus, die 25 menſis Thargelionis Attici. ex <i>Plutar. in eius vita.</i> Lyſander maris præfectus apud Lacedæmonios, magno ære Nauarchos ad ſe ita pertraxit, vt pauci huius artis ſuperſeſſent Athenienſibus. <i>Plutar.</i> | 346 | 370 93 2 |

| Orbis. | Iud. | Perfaris | PERIODVS VII. | 73 | V.C. | Olymp. |
|--------|------|----------|---|----|------|----------------|
| 3602 | | 4 | Tribuni Mil. C. Seruilius Ahala tertium, & Q. Sulp. Camerinus, cum collegis. In his M. Sergius præerat castris ad Veios, quæ expugnata sunt à Capenati Falisco & Veienti hoste. <i>Liuius</i> . Cyrus iunior sensim & occultè parat arma in fratrem Artaxerxem. <i>Xenophon</i> . Dionysius in Sicilia armatur in Carthaginenses. <i>Diodor.</i> floret, nunc præfertim Isocrates. | | 352 | 375 94 3 |
| 3603 | | 5 | Tribuni Mil. L. Valerius Potitus quartum, & L. Iulius Iulus cum collegis. Ex his Camillus in Faliscos (hodiè monte fiasco) missus; Cornelius in Capenates; Valerius in Volscos ad recipiendum Anxur: Aimiilius & Fabius ad Veios, protrahunt obsidionem. <i>Liuius</i> . Cytus iam aperto Marte fratrem inuadens, cæsus est in primo certamine. <i>Xenophon</i> qui hanc Cyri expeditionem describit, reduxit in patriam Lacedæmonios, qui Cyrum sequuti erant. Agis Lacedæmoniorum rex moritur. Substituitur Agefilaus frater, excluso Leutyichide Agidis filio, quod Lyfander nothum diceret. Eusebius dat huic regi annos 44. saltem 40. concedendi sunt cum Plutarcho: licet Pausanias putet parum vixisse hunc regem. laudatur à Xenophonte Agefilaus, ob res domi & foris gestas. qui iuuenis didicerat obedire, senior & rex factus mirè contra priorum regum consuetudinem consentiebat cum Ephoris. Hi ad frenandam regiam potestatem fuerant creati. <i>vide. an. 3244.</i> | | 352 | 376 94 4 |
| 3604 | | 6 | Tribuni Mil. P. Licinius Caluus, & P. Melius cum collegis. Anxur in Volscis receptum à Romanis ducibus. Artaxerxes bello vexat Græcorum in Asia ciuitates, quæ Cyrum sequutæ erant. has iuuant Lacedæmonii <i>Diodor.</i> Socrates velut nouæ doctrinæ author accusatus, & iniuste damnatus haurit cicutam. <i>Diogen. Laer. Xenoph.</i> | | 353 | 377 95 3 |
| 3605 | | 7 | Tribuni Mil. M. Pomponius, & Atilius Longus cum collegis. Romani feliciter pugnant cum Veientibus, Faliscis, & Capenatibus. <i>Liuius</i> . Conon Atheniensis, Persis in Asia se coniungit, & maris præfectus constituitur. <i>Xenop. Diodor.</i> Athenienses qui 16 characteres tantum habebant, nunc 24 accipiunt. <i>Euseb.</i> De literis seu elementis inuentis, varii varia scribunt. in qua re prolixus est Scaliger in <i>Euseb. an. 1617.</i> Cæterum <i>Isidorus</i> lib. 1. Orig. c. 3. tribuit Cadmo literas 17. Palamedi 3. Simonidi 3. Pythagoræ literam Y. <i>Cedrenus</i> vero dat Palamedi 16. Cadmo 3. Simonidi. 2. Epicharmo 3. | | 354 | 378 95 3 |
| 3606 | | 8 | Tribuni Mil. L. Val. Potitus quintum, & F. Medullinus tertium cum collegis. Prædas ab hostibus referunt Romani. <i>Liuius</i> . Dionysius Syracusanus bellum Carthaginensibus indictum aggredditur. <i>Diodor.</i> Euponipus pictor insignis floret, qui appellem habuit discipulum. <i>Suidas.</i> | | 355 | 379 95 3 |
| 3607 | | 9 | Tribuni Mil. L. Iulius Iulus secundum, & F. Medullinus quartum cum collegis. Lacedæmonij armantur contra Persas in Asia, de quo vide Xenophontem. | | 356 | 380 95 4 |
| 3608 | | 01 | Tribuni Mil. Licinius Caluus, & Titinius secundum cum collegis. in his Genucius, est, quem in prælio cecidisse aduersus Faliscos & Capenates author est <i>Liuius</i> . Agefilaus Lacedæmonius Rex, Phrygiam, Cariam & Lydiam transgressus, Tisapherni Perfarum Duci occurrit. vincunt Græci. Conon Atheniensis, ab Artaxerxe in Græcos mittitur instructa classe. <i>Diodorus</i> . mago Præfectus maris Carthaginensium, Dionysianam classem ad Siciliam profligat. <i>Diodor.</i> | | 357 | 381 96 3 |

| Orbis. | Iud. | Perfa. | 74 | PERIODVS 7. | V. C. | Olymp. |
|--------|------|--------|--|-------------|-------|----------------|
| 3609 | | 11 | <p><i>Tribuni Mil. P. Cornelius Cossus, & P. Cornelius Scipio cum collegis. M. Furius Camillus dictator anno decimo belli contra Veientes, Veios expugnauit, acto in arcem hostium, cuniculo. id actum anno 357. quando triumphauit. Nunc viget maximè Bæoticum bellum inter Lacedæmonios & Bæotios, inchoatū anno V. C. 357. Bæotiis fauent Athenienses & aliæ quædam ciuitates, ad minuendam nimiam Lacedæmoniorum potentiam. Lysander primo impetu & certamine contra Bæotios victus occiditur. Agesilaus reuocatur ex Asia, vbi magnos & felices faciebat progressus, cum Xenophonte in Bæotios mittendus. sed in reditu incidit in classem Persicam Cononi commissam. in hoc certamine ad Cnidium, mansit Persis victoria. cum qua insigni clade amiserunt Lacedæmonij maris imperium. Xenop. lib. 4. Diodor. Iustin.</i></p> | | 358 | 382 96 2 |
| 3610 | | 12 | <p><i>Tribuni Mil. M. Furius Camillus tertium. & Medullinus sextum cum collegis. A Romanis variè bellatum in Æquos. Camillus hic Faliscos redigit in potestatem populi Romani. Linius. malè Valerius lib. 6. hunc Camillum vocauit Consulem. Conon accepta à Persis classe & pecunia, muros Athenarum instaurat: sed postea in perfide perit ille in carcere. Diodor. Isocrat. nunc cœptum bellum 8. annorum, quod Corinthiacum dixerunt, quia iuxta Corinthū gerabatur. quando Corinthii magno numero ab ingratis Argiuis, & Bæotiis iugulati sunt. Pausan. lib. 3. Diodor. & Xenophon. gestum est à Lacedæmoniis contra Argiuos, Athenienses, Bæotios, Corinthios, & alios Peloponesi incolas.</i></p> | | 359 | 383 96 3 |
| 3611 | | 13 | <p><i>Consules L. Lucretius Flauius, & Seruius Sulpitius Camerinus. Æqui à Lucretio consule acie superati. Nunc tandem decimo quinto anno creantur iterum consules. Iphicrates Dux Atheniensis 20 annos natus præclara gerit, contra Lacedæmonios apud Corinthios. Diodor. & Iustin.</i></p> | | 360 | 384 96 4 |
| 3612 | | 14 | <p><i>Consules L. Valerius Poplicola potius secundum & M. Manlius Capitolinus. Hos edit Consules Linius. Romani cum Æquis pugnant ad Algidum, Latij oppidum Mediterraneum, (hodiè Roccha del Papa) fufis hostibus triumphat Valerius, qui perseuerantior in hostes fuit: alter ouans urbem ingreditur. Linius.</i></p> | | 361 | 385 97 1 |
| 3613 | | 15 | <p><i>Tribuni Milit. Lucretius Tricipitius, & Seruius Sulp. Rufus cum collegis. Clusini in Tuscia à Gallis obfessi Romanorum opem implorant. Græcorum dissidia & certamina non cessant in Peloponesio. Conon restauratis Athenarum menibus, profectus ad Persas, vt accusatus per Lacedæmonios (quod plus Atheniensium rebus, quàm Persicis studeret) causam ageret; detinetur in carcere, vbi perit. nectamen ideo Rex Persarum pacem Lacedæmoniis quam petebant concessit. Xenophon.</i></p> | | 362 | 386 97 2 |
| 1614 | | 16 | <p><i>Tribuni Mil. Q. Fabius Ambustus & K. Fabius Ambustus cum collegis. Legati Romani qui in acie Clusina contra Gallos steterunt, Gallos in se conuertunt. Hi legati tempore pugnae aduentantes pro Clusinis pugnarunt. Non tamen hoc eodem anno, capta est à Gallis Roma, Thrasibulus Atheniensis Dux, post res Atheniensium restituras in Thracia & Helleponto, tandem in Asia hoc anno cecidit pugnans contra Lacedæmonios. substituitur Iphicrates, qui Lacedæmonios egregiè repulit. Xenophō. Hoc anno Dionysius è Sicilia traiciens,</i></p> | | 363 | 187 97 3 |

| Orbis. | Ind. | Perſarum | PERIODVS VII. | 75 | V.C. | Olymp. |
|--------|------|----------|---|-----|------|---------|
| | | | vexat Rhegienses, sed res illi plura molienti infecta mansit. <i>Diodor.</i> | | | |
| 3615 | | 17 | <i>Tribuni Mil. Val. Poplicola Potitus secundum & L. Virgil. Tricostus cum collegis.</i> Galli relicto Clusio, duce Brenno Romam properant. & ad Alliam (Vmbriae fluius est in Sabinis) fuso Romano exercitu, urbem capiunt, foedant incendio; capitolium aliquot mensibus obsident: interim dum Camillus absens & exul creatus dictator, collecto aliunde exercitu, Gallos urbe pulsos, & via Gabinia consecutus octavo ab urbe lapide, magna ex parte occidit, triumphans urbem ingreditur, dictus pater patriae, & alter Romulus. <i>Liuius. Diodor. Eutrop. Plutarchus in Camillo.</i> De anno tamē captæ urbis disentiunt scriptores, quod vidit <i>Plin. lib. 34. c. 1.</i> aliqui V. C. annum dant 363. alij 365. <i>Plinius</i> rectius 364. cum <i>Eutropio. Liuius</i> quoque ait obiisse Camillum anno 25. post urbem captam, Genucio & Seruilio cons. Et demum <i>Dionysius Halic.</i> notat à regifugio fluxisse annos 120. qui additi ad annum 244. dant annos 364. vide supra ad an. urbis 164. Sanè cum <i>Plutarchus</i> notet captam urbem idib. Feb. & constet pulsos Gallos post paucos menses, potuit inter hos duos casus mutari uterque annus V. C. & Olymp. Nunc plurimum florebat Massilia, optimis legibus & opibus diues. De cuius conditu supra 3405. | 364 | 388 | 97 4 |
| 3616 | | 18 | <i>Tribuni Milit. Quinct. Cincinnatus & 2 Seruilius Priscus Quintum cum collegis.</i> <i>Dionysius</i> Syracusanus iterum Rhegium obsidet & premit. <i>Diodor.</i> | 365 | 389 | 98 1 |
| 3617 | | 19 | <i>Tribuni Mil. Papius Cursor & C. Sergius Fidenas, cum collegis.</i> Scribit in <i>Camillo Plutarchus</i> , Camillū Dictatorem III. creatum ob Æquos, Volscos & Latinos armatos in nomen Romanum, & Etruscos Sutrium in Tuscia urbem, populo Romano foederatam obsidentes. Volsci à Dictatore subacti, & anno iam 70 belli cum Romanis ad deditiōem compulsi. Æquorum deleto exercitu, capta urbs est, & Sutrium receptum quod ab Etruscis occupatum fuit. Dictator trium bellorum victor. urbem triumphans ingreditur <i>Liuius.</i> atque hinc iam cœpit res Romana crescere. Hoc anno secūdo huius Olympiadis, La cedæmonij formidantes Græcorum & Persarum potentiam, misso Antalcida pacem impetrant ab Artaxerxe celebrem, de qua <i>Xenophon lib. 5. Diodor. lib. 14. & Polyb. lib. 1.</i> pacis conditiones erant, ut omnes Græcorum in Asia ciuitates Persis manerent, & Græci inter se pacati arma deponerent <i>Diodorus</i> notat hunc Olympiadis annum 2. Tandem <i>Dionysius</i> post vndecim mensium obsidionem Rhegium expugnat. <i>Diado.</i> | 366 | 390 | 98 2 |
| 3618 | | 20 | <i>Tribuni Mil. M. Furius Camillus quartum, & Serui. Corn. Maluginensis secundum cum collegis.</i> De huius & præcedentis anni Tribunis non conuenit inter veteres scriptores. Hos <i>Sigonius</i> reiecit in annum sequentem, qui voluit annum 364. dare Dictaturæ Camilli. coniecturis nititur. ait quidem <i>Liuius</i> non nisi circumacto anno illo, Camillum abiisse dictatura. tamen fasti habent Tribunos Militares, saltem designatos: qui anno dant characterem; aut per anni frakturam cum dictatura comparatos. Artaxerxes misso exercitu contra Euagoram in Cyprum, Hostilem profligat classē, & Salaminam obsidet. <i>Diodorus.</i> qui notat | 367 | 391 | 98 3 |

| Orbis. | Ind. | Perfis. | 76 | PERIODVS 7. | V. C. | Olymp. |
|--------|-----------|---------|--|-------------|-------|-----------------|
| | | | Platonem venditum à Dionysio tyranno & redemptum à philofophis aliis. | | | |
| 3619 | | 21 | <p><i>Tribuni Mil. Manlius Capitolinus secundum, & P. Cornelius cum collegis.</i> Volsci & Hetrufci sub hunc vrbis annum rebellantes vincuntur. <i>Liuius.</i> Lacedæmonij Mantineam Peloponesi ciuitatem euertunt, quam immisso in urbem præterlabente flumime expugnarunt. <i>Xenophon. Diodor.</i> hoc anno decimo bellum cypricum ex quo cœpit finitur, promittente Euagora annum tributum Persarum regi pendendum. <i>Diodor</i></p> | | 368 | 392 98 4 |
| 3620 | | 22 | <p><i>Tribuni Mil. Ser. Cornelius Maluginensis tertium, & P. Val. Potitus secundum cum collegis.</i> cum ad Volscorum iam natum bellum, accederet Latinorum defectio: Dictator creatur A. Cornelius Cossus. qui victis Volscis, & captis eorum castris triumphauit. <i>Liuius.</i> Aristoteles nascitur hac Olymp. 99. <i>Diogen. Laert. Euseb.</i> licet annus V. C. 371. notetur ab <i>Aul. Gel.</i></p> | | 369 | 393 99 1 |
| 3621 | Hircanus | 23 | <p><i>Tribuni Mil. L. Val. Publicola Potitus quartum, & Manlius Capitolinus tertium cum collegis.</i> M. Manlius affectati regni reus, comitiis centuriatis damnatur, & è Saxo Tarpeio deiitur. <i>Liuius.</i> Lacedæmonii occisis Persis illis, qui Artaxerxem impugnabant, deponunt Asiæ curam & cogitationem. <i>Diodor.</i> post aliquot pugnas vario Marte inter Dionysium & Carthaginenses, tandem pax firmatur. <i>Diodor.</i></p> | | 370 | 394 99 2 |
| 3622 | | 24 | <p><i>Tribuni Milit. Sp. Papius Crassus, & L. Papius Crassus cum collegis.</i> circa hunc annum Veliternis deficietibus bellum quidem indicitur, sed ne educeretur exercitus effecit pestilentia. <i>Liuius.</i> Amyntas, Macedonum rex bellum gerit cum Olynthiis. Lacedæmonij Thebas captas muniunt. <i>Diodor. Xenophon.</i></p> | | 371 | 395 99 3 |
| 3623 | | 25 | <p><i>Tribuni Mil. Camillus sextum, & Aul. Post. Albinus cum collegis.</i> In Latio ad Velitras pugnatum à Romanis: & fauentibus Prænestinis bellum indictum. Isocrates suam de laudibus Atheniensium Panegyricam orationem 15 annis elaboratam, dat nunc in lucem. Hoc tertio anno post natum Aristotelem, putat Dionysius Halic. natum Demosthenem.</p> | | 372 | 396 99 4 |
| 3624 | | 26 | <p><i>Tribuni Mil. Val. Poplic. Potitus quintum, & P. Val. Potitus, Poplicola tertium cum collegis.</i> Prænestini Romanos exercent. Lacedæmones, duce Polibida vincunt Olynthios, & sibi subiiciunt, euaduntque in Græcia potentissimi. <i>Diodor & Xenop. lib. 3.</i></p> | | 373 | 397 100 1 |
| 3625 | | 27 | <p><i>Tribuni Mil. P. Manlius Capitolinus, & C. Sextilius cum collegis.</i> T. Quinctius Cincinnatus Prænestinos, qui vsque ad Romæ portas venerunt (inquit <i>Eutrop.</i>) persecutus, ad Aliam vicit: & triumphus decretus est, tardius hoc refert <i>Eusebius</i> ad annum 4. Olymp. 100. Mausolus Cariæ in Asia minori rex, incipit regnare anno 2. Olymp. 100. ex <i>Plin. lib. 36. c. 5. & 6.</i> ait verò obiisse anno 2. Olymp. 106.</p> | | 374 | 398 100 2 |
| 3626 | | 28 | <p><i>Tribuni Mil. Sp. Purius Medullanus, & Ser. Priscus Fidenas secundum, cum collegis.</i> in Volscis temerè pugnatum à Manliis. Prænestini rebellant. bellum oritur inter Lacedæmonios & Bœotiarum populum quando Thebani ciuitatem recuperarunt suam. <i>Diod. Xenop. & Plutar. in Pelopida.</i></p> | | 375 | 399 100 3 |
| 3627 | Hircanus. | 29 | <p><i>Tribuni Mil. L. Aemilius Mamercinus quintum, P. Val. Potitus Poplic. quartum, cum collegis.</i> Hostis hoc anno Romanis non obicitur. apud Lacedæmonios reguli sunt Cleombrotus & Agesilaus. inter quos & Athenienses recrudescit bellum. Atheniensibus fauent Thebani; cœpitque iterum in-</p> | | 376 | 400 100 4 |

| Urbis | Iudaicis | Persarum | PERIODVS 7. | 77 | V. C. | Olymp |
|-------|----------|----------|---|-----|-----------------|-------|
| | | | crementum capere res Atheniensis. <i>Diodor. Hircanus</i> dux Iudeorum annis 31, ex Philone annii, quem sequitur Mercator. | | | |
| 3628 | | 30 | <i>Tribuni plebis sine curulibus Magistratibus Licinius Caluus, & Sextinus Lateranus.</i> Hoc anno numeratur quarta mutatio Romæ in forma administrandæ reipub. facta, quando à Tribunis Militaribus consulari potestate præditi, translata est administratio ad Tribunos plebis sine curulibus Magistratib. idque vt probabilior habet sententia, per quinquennium: seu ad annum urbis 381, quando iterum ab hac magistratuum solitudine vt loquitur <i>Liuius</i> , seu ἀναρχία, ventum iterum est ad Tribunos Mil. & post aliud quinquennium ad consules. Prima urbis administratio fuit in regibus, secunda in Consulibus an. v. c. 244. tertia in Decemuris & Tribunis Milit. an. v. c. 302. & 309. <i>Lege Onuphrii</i> 378 hâc tamen ἀναρχίαν solùm quadriennio durasse notant <i>Sex. Rufus, & Cassiodorus</i> . nunc Antiates Agros Romanis dedunt. Latini & Volsci turbas cient capto Tusculo. sed breui recuperatur à Romanis. <i>Liuius</i> . | 377 | 401 101 1 | |
| 3629 | | 31 | <i>Tribuni plebis L. Caluus, & Sextinus Lateranus secundum.</i> In Aegypto regnat Neftenabus <i>Diodor.</i> Rex Persarum Artaxerxes, qui Græcorum operâ vti cupiebat in bello contra Aegyptios, curat pacem firmari inter omnes Græciæ ciuitates, quæ hac ratione manserunt pacatæ omnes. Quamuis aliquæ Lacedæmonios imitantes Aristocratiam, aliæ instar Atheniensium Democratiam sibi procurarent. <i>Diodor. vide Xenop. lib. 6.</i> | 378 | 402 101 2 | |
| 3630 | | 32 | <i>Tribuni plebis L. Caluus & Sextinus Lateranus tertium.</i> Persæ per ostia Nili Aegyptum ingressi (quod aditus aliunde esset præclusus) nihil preclare, quod eos Iphicrates Atheniensium dux deseruisset, gesserunt. Græciæ ciuitates iterum ad diffidia veniunt in Cypro, occiditur rex Euagoras a Nicocle Eunucho, qui Salaminæ cœpit inde regnare. <i>Diodor. lege Arist. 5. Polit. c. 10. de Euagoræ filio quem Isocrates Nicoclem, & Diodorus Euagoram vocat, lege Xenophontem.</i> | 379 | 403 101 3 | |
| 3631 | | 33 | <i>Tribuni plebis. L. Caluus, & Sextinus Lateranus quartum.</i> Narrat <i>Pausanias</i> hoc Olympiadis 101. anno quarto, urbem Plataeas captam & euersam à Thebanis, nempe anno 3. ante pugnam Leuêtricam. | 380 | 404 101 4 | |
| 3632 | | 34 | <i>Tribuni plebis. L. Caluus, & Sextinus Lateranus quintum.</i> iterum pax inter Græcas ciuitates constituta, exclusis Thebanis, quod noluerint sibi subiectas Bæotiæ ciuitates donare libertate. inde à Lacedæmonis indicitur bellum Thebanis. <i>Diodor. Xenophon.</i> | 381 | 405 102 1 | |
| 3633 | | 35 | <i>Tribuni Mil. F. Medullinus secundum, & Val. Potitus Poplic. quintum cum collegis.</i> hætenus ἀναρχία, sub cuius quinquennio Roma magistratus maiores non habuit. iste annus Leuêtricæ pugnae est, quo nempe cælus est vna cum rege Cleombroto Lacedæmoniorum exercitus, in campo Leuêtrico à Thebanis duce Epaminonda. hic amiserunt Lacedæmonii supremum inter Græcos dominatum, qui a 500. annis penes eos manserat, cum antea in pugna ad Cnidum, maris imperium amississet. <i>Polyb. lib. 1. Diodor. lib. 15. & Pausanias lib. 8.</i> qui dant pugnae Leuêtricæ hunc an. 2. Olymp. 102. idem resultat ex tabula Eratosthenis de qua c. 18 qq. in appendice. hic attritis Lacedæmoniorum opibus, concessæ sunt illis induciæ | 382 | 406 102 2 | |

| Orbis | Iudeo. | Persis. | 78 | PERIODVS 7. | V. C. | Olymp. |
|-------|--------|---------|--|-------------|-------|-----------------|
| 3634 | | 36 | <p><i>Tribuni Mil. Ser. Priscus Fidenas tertium & Cor. Maluginensis cum collegis.</i> ascribunt huic anno aliqui historici, obitum Amyntæ regis Macedoniæ, illius qui filios reliquit, Alexandrum, Perdicam, Ptolemæum & philippum, alexandri magni patrem, regnat Amyntæ filius Alexander anno vno. <i>Diodor. & Gemistius.</i></p> | | 383 | 407 102 3 |
| 3635 | | 37 | <p><i>Tribuni Milit. Q. Cincinnatus, & Ser. Struëus cum collegis.</i> Notat <i>Eusebius</i> in Ægypto post Nechtenabi excessum, regnasse regem qui Theo dictus est. philippus ille de quo iam dixi datus Thebanis, obses fœderis Macedonum cum Thebanis, apud Epaminondam per triennium educatus, tantus euasit, quantum eius res præclare gestæ postea declararunt. <i>Iustin. Plutar.</i> quamuis rem aliter narret <i>Diodorus.</i> Dionysius Siculus Tyrannus fert opem Lacedæmoniis. Qui eodem hoc tempore fœdus inierte cum atheniensibus. <i>Diodor.</i> iterum firmatur anno insequente.</p> | | 384 | 408 102 4 |
| 3636 | | 38 | <p>Hic annus Romæ fuit sine ciuilibus magistratibus. magna quidem est apud Liuium, & annorum nunc & magistratum perturbatio. Dum Tribuni plebis omnino contendunt, vt alter consulum ex plebeio ordine esset, patres trepidant. Dictatorem aliquem dici ipsis placuit, is fuit Camillus, sed ipse se sponte abdicat. mox dictator sufficitur P. Manlius capitolinus. <i>Liuius & Plutar. in Camilla.</i> In Macedonia ptolemæus dictus Alorites, post occisum à se alexandrum fratrem, regnat tribus annis, ex <i>Diodoro & Gemistio.</i> sed <i>Plutarchus</i> in Pelopida dat ei quadriennium. in Sicilia Dionysio seniori succedit filius dionysius iunior, regnat annis 12. vtferunt.</p> | | 385 | 409 103 1 |
| 3637 | | 39 | <p><i>Tribuni Milit. Consulares hoc anno Romæ creantur Cornelius Cossus secundum, & Crassus Sicurinus secundum cum collegis.</i> metu belli gallici M. Furius Camillus iam quintum dictator creatur, penè octogenarius. pugnatum est ad Anienem, & ingenti relatâ victoria triumphus Camillo decretus est. <i>Liuius.</i> in reditu Velitræ à Camillo captæ. Dionysius iunior triremibus 12, Lacedæmonios iuuat. Aristoteles 18 annos natus, incipit esse auditor platonis, cum quo hæsit annis 20. <i>Euseb. & Diony. Halic. in vita Demosthenis.</i></p> | | 386 | 410 103 2 |
| 3638 | | 40 | <p><i>Consules L. Aemilius Mamercinus, & L. Sextinus Lateranus.</i> ventum iterum ad consules. & nunc primùm alter ex plebe, nempe Sextinus, creatur. Fabius pictor (vt refert <i>Gell. lib. 5. c. 4.</i>) numerat huc vsque post captam à Gallis urbem, annos 22. seu duo & 20, vt ille loquitur. Quod verum est exclusis extremis. Creati porò hoc anno prætor, & Ædiles curules, quos sibi honores acquisiuere patres: pro concessio plebi altero consulatu. prætorius dicendi negotium datum, & vt sex lictoribus vteretur permissum. Hoc ferè anno, qui quintus est exactus à pugna Leuctrica, pax constituta inter Græciæ ciuitates; hortante ad id perfarum rege. sicque finitur bellum Laconicum, seu Bæoticum. <i>Xenophon lib. 7. Diodor. & Plutar. in Pelopida.</i></p> | | 387 | 411 103 3 |
| 3639 | | 41 | <p><i>Consules L. Genucius Auentinensis, & Q. Seruilius Ahala.</i> hos edunt hoc anno <i>Liuius, Cassiod. & Diodor.</i> Res Romanæ liberæ à seditione & bello, Camillus diem claudit anno 24 post urbem à Gallis liberatam in Macedonia ptolemæus Alorites, occiditur à fratre perdicca, qui regnat annis ferè quinque, præsertim si extremos annos includas ex <i>Gemistio lib. 1. & Diodoro.</i> aut sex, iuxta alios. Iterum inter Græcos exoritur bellum. <i>Diodo 785.</i></p> | | 388 | 412 103 4 |

| Orbis | Indicium | Perfarum | | P. O. | Olymp |
|-------|--------------------|----------|--|-------|-----------------|
| 3640 | | 42 | <p>Consules C. Sulpitius Peticus, & C. Licinius Caluus Silent res Romanæ. non tamen Græci à mutuis seditionibus. Thebani aspirant ad maris imperium obtinendum.</p> | 389 | 413 104 1 |
| 3641 | | 43 | <p>Consules Aemilius Mamertinus secundum, & Cn. Genucius Aventinensis. L. Manlius Imperiosus, clavi figendi causa Dictator creatur, ad repellendam pestem. de qua re <i>Liuius</i>. In Phrygia mortuo rege Mitridate, Ariobarzanes regnum occupat, qui vna cum Mausolo principe Carix, aliisque minoris Asia principibus, rebellionem fecit contra Perfarum regem. hic tamen conatus illis cessit satis infelicitè. <i>Diodor. Gemist.</i> in acie ad Mantineam contra Lacedæmonios, occubuit nunc Epaminondas, & simul cum eo concidit Thebanorum gloria, <i>Xenop. lib. 7. Diodor. & Iustin.</i> hic finitur Xenophontis historia de Græcorum rebus gestis. vide <i>qq. c. 20</i>. nunc quoque Atheniensium virtus bellica deserbuit, extincto emulo Epaminonda. & deinceps Macedonum nomen cœpit clarescere.</p> | 390 | 414 104 2 |
| 3642 | Artaxerxes. Ochus. | I | <p>Consules Q. Seruilus Ahala secundum, & L. Genucius Aventinensis. hic Genucius qui primus ex plebe propriis auspiciis bellum gessit, occiditur in Hernicos Latii populum profectus. Dictator dictus Ap. Claudius. <i>Liuius</i>. In perfide Artaxerxes Ochus, filius prioris regnat post mortem patris annis 23. ex <i>Diodoro & Sulpitio Senero</i>. quamuis alii plures dent annos: certè probabile est hunc, illum esse sub quo contigit historia Esther. quod satis confirmant quæ dixi <i>qq. c. 14. nu. 26.</i> & quia nulli alteri æquè conuenit illa historia.</p> | 391 | 415 104 3 |
| 3643 | | 2 | <p>Consules, C. Licinius Caluus secundum & C. Sulpitius Peticus secundum. nunc ducto in Hernicos exercitu consules Ferentinum capiunt. <i>Liuius</i>. Dictator insuper creatur T. Quinctius Capitolinus. causa putatur bellum gallicum. Galli enim tercio ab vrbe lapide via Salaria trans pontem Anienis castra posuere, ex <i>Liuiio</i>. moritur Agefilus Sparta rex plusquam Octogenarius rediens ab expeditione Ægyptiaca. vbi Nestenabum regno restituit: dux plurimum laudatus. <i>Plutar.</i> Manlius à Gallo ad singulare certamen prouocatus, vincit, & hosti detracto torque Torquatus dictus est, <i>Liuius</i>. Philippus Macedonum rex iam incipit regnare. regnatque annis 24. ex <i>Diodoro, & Gemistio lib. 1.</i> quamuis plures dent annos <i>Euseb. & Iustin.</i> Hic fratrum minimus natus (de quibus ad an. v. c. 383) qui hærebat apud Thebanos, vt dixi ad annum vrbis 385, cum audisset Perdiccam fratrem occisum, relictis clam Thebanis venit in Macedoniam, vbi regnum penè collapsum restituit. <i>Diodor. & Gemist. citati.</i> Phalangem primus quadratam & confertam, quæ Macedonica dicta est, adinuenit.</p> | 392 | 416 104 4 |
| 3644 | | 3 | <p>Consules M. Fabius Ambustus, & C. Pœtelius Liba Vilosus. nunc M. Fabius Hernicos deuincit: Q. Seruil. Ahala Dictator creatus, Gallos non procul à collina vrbis porta auertit. Pœtelius consul Tiburtes & Gallos qui ex pugna aufugerant, fugat, & de vtrisque triumphat. <i>Liuius</i>.</p> | 393 | 417 105 1 |
| 3645 | | 4 | <p>Consules M. Popilius Lenas, & Cn. Manl. Capitolinus imperiosus. Tiburtes excursionè ad portas vrbis factâ repelluntur à consulibus. Philippus Macedo Illyricos vincit. pacem constituit cum Atheniensibus, reddita illis Amphipoli: <i>Diodor.</i> idem narrat pacem inter Dionysium Tyrannum & Carthagenenses.</p> | 394 | 418 105 2 |

| Orbis | Indeo. | Perfo. | 80 | PERIODVS 7. | V. C. | Olympia |
|-------|--------|--------|---|-------------|-------|-----------------|
| 3646 | | 5 | <p><i>Consules C. Fabius Ambustus, & C. Plantus Proculus.</i> Dictator dictus Sulpitius Peticus contra Gallos. De quibus ad Præneste victis triumphat. <i>Liuius.</i> Philippus Macedo orto cum Atheniensibus diffidio recipit Amphipolim, Pidnam capit & Pori-dæam auri etiam restituit fodinas. <i>Diodor.</i> victis porrò à se Illyricis pacem dat. <i>Diodor. & Gemist.</i> Plato nunc iterum venit in Italiam, & Architam Tarentinum inuisit. <i>Gemistius.</i></p> | | 395 | 419 105 3 |
| 3647 | | 6 | <p><i>Consules C. Martius Rutilus & Cn. Man. Capitolinus imperiossus secundum.</i> missus quidem est Mantius contra rebellantes Faliscos, at nihil gestum quod memorabile sit <i>Liuius.</i> Theffaliam sibi amicam reddit Philippus <i>Gemist.</i> <i>Diodor.</i> In Sicilia Dion Platonis amicus & frater vxoris Senioris Dionysii, ope Corinthiorum, inter quos exulabat, Syracusanis libertatem restituit, pulso tyranno in Italiam. notant <i>Diodorus & Gemistius</i> id accidisse anno 48. ex quo senior Dionysius ciuitatem illam occupauit.</p> | | 396 | 420 105 4 |
| 3648 | | 7 | <p><i>Consules M. Fabius Ambustus secundum, & M. Popilius Lanus secundum.</i> Priuernum Latii urbem Samnitibus vicinam cepit anno 396, Rutilus consul, & triumphauit. Tiburtes hoc anno à Lanate in urbem compulsi. Fabius Faliscorum castris potitur: Rutilus Dictator triumphat de Tuscis. <i>Liuius.</i> hic primus de plebe Dictator, triumphat iussu populi, sine patrum autoritate.</p> <p>Ad hunc annum consignari debet natalis Alexandri magni, patre Philippo Macedone. quando etiam (κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον inquit Plutarchus) pater nuntium accepit de victis Illyriis à duce suo Parmenione, & de victoria à suis reportata in certamine Olympico. De mense quo natus est, sic Plutarchus. ἐγενήθη δ' αὐτὸν Ἀλέξανδρος ἰσαμὲν μηνὸς Ἐκατομβαιῶνος. qui mensis siue Augustum nobis reddat, siue Septembrem; dat ineuntem annum aliquem Olympiadis. si vero Iunium dat, oportet esse aliquem Olympiadis annum exeuntem. & hunc quidem Olympiadis 106. quam omnes admittunt, atque huius Olympiadis annum primum dat <i>Scaliger</i> de emendat. secundum vero <i>Eusebius.</i> sanè annus urbis 397 nunc excurrès ab Aprili, vtrumque annum attingit: nempe exeuntem primum à solstitio æstiuiali, & inde ineuntem secundum. ergo tota reliqua quæstio est de mense Iunio, Iulio vel Augusto. quæ planè exiguum habet diffidium. nos pro more componendi annos supra firmato, hic componimus simul hæc tria: natalem Alexandri, annum v. c. 397, & Iphiti annum 421. & sicut Iunius dat primum exeuntem, ita Augustus dabit secundum ineuntem Olymp. 106. hæc de natali Alexandri. Incensum nunc putatur templum Dianæ Ephesi. saltem hoc tempore, per Herostratum; nempe vt sic, memoriam sui posteris relinqueret. <i>Solin. c. 43.</i> Brutii, id est lingua patria serui fugitiui, occupant regionem Italix quæ ab illis Brutiorum prouincia nunc vocatur. <i>Diodor.</i></p> | | 397 | 421 106 1 |
| 3649 | | 8 | <p><i>Consules C. Sulpitius Peticus tertium, & M. Valerius Poplicola.</i> Romæ ablato post II. annum à plebe consulatu, patricii ambo consulatum inerunt. Delphi vrbs est Phocidis regionis in Achaia. ibi Delphicum apollinis templum spoliatum agris est à Phoenibus duce Philomelo. ob id natum est bellum sacrum seu Phocense & decennale; illatum à Bæotiis ad hanc vindicandam iniuriam. <i>Demophilus</i> bellum de scripsit. <i>Pausan. & Diodor. lib. 16.</i> Moritur Mausolus Cariæ rex, cui Artemisia vxor & soror, insigne illud erexit monumentum, quod inter septem orbis mira opera numeratur. <i>Diodor. Strab. & Plin.</i></p> | | 398 | 422 106 2 |

| | | | | | |
|------|----------------|----|---|-----|-----------------|
| 3650 | | 9 | <p><i>Consules M. Fabius Ambustus tertium & T. Q. Pennus Capitolinus Crispinus.</i> Romæ Fabius de Tiburtibus capta vrbe triumphat. <i>Linus.</i> Siciliam & Syracusas Dione occiso, Calippus cædis author administrandam suscipit. Philippus Macedo Methonem euertit, pagas sibi subiecit. <i>Diodor.</i> Suadet Demosthenis vt Athenienses pacem retineant cum Philippo.</p> | 399 | 423 106 3 |
| 3651 | | 10 | <p><i>Consules C. Sulpitius Pericus quartum, & M. Valerius Poplicola secundum.</i> ex <i>Linio & Castiod.</i> nunc iterum est plebis consularis interdictus. creatur Romæ Dictator T. Manlius Torquatus. hic Cærites in Tuscia in deditioem sine prælio accepit. In Sicilia sub idem tempus Hipparinus Dionysij filius Syracusas recuperat; pulso Calippo. <i>vide annum V. C. 396 & 399. Diodor.</i></p> | 400 | 424 106 4 |
| 3652 | <i>Ioseph.</i> | 11 | <p><i>Consules P. Val. Potitus Poplicola, & C. Mat. Rutilus secundum.</i> Ex rumore belli Etrusci dictus est Dictator C. Iulius. tamen foris quieta manserunt omnia. Demosthenes primam philippicam dicit in Philippum, suadens mitti exercitum in Macedoniam. <i>Diony. Halic.</i> adhuc superest in Italia Dionysius iunior. & Locros magnæ Græciæ urbem occupat. <i>Iustin. lib. 20.</i> Cyprus à nouem nunc regulis possessa, adhuc tota Persis subiecta manebat. <i>Diodor.</i> qui notat Pheras iam à Philippo captas. Ioseph Dux Iudæorum annis 7. <i>Philo annii.</i></p> | 401 | 425 107 1 |
| 3653 | | 12 | <p><i>Consules C. Sulpitius Pericus Quintum, & T. Q. Pennus Cincinnatus.</i> Romæ absque belli terrore Dictator creatur M. Fabius Ambustus, tantum ne lex Licinia Comitibus consularibus obseruaretur. Ægyptus deficit à Persis, sed Ochus ingentem ducens exercitum in Ægyptum, pellit Neftenabum in Æthiopiā, iterumque subdit Persis Ægyptum. <i>Euseb. Diodor.</i></p> | 402 | 426 107 2 |
| 3654 | | 13 | <p><i>Consules M. Popilius Lenas tertium, & L. Cornelius Scipio.</i> Dum Scipio iacet morbo implicitus, Popilius contra Gallos, qui in Agro Latino castra posuere mittitur. hostis exiit castris, & Consul triumphat. <i>Linus.</i> Græcia agitata intestinis motibus, artibus Philippi Macedonis, qui hæc fouebat dissidia, vt sic ciuitatibus sensim potiretur. <i>Iustin. lib. 8. Diodor.</i> Rebellantes Cyprios domat Perfarum exercitus, duce præsertim Euagora, quem aliqui suspicantur esse Nicoclem in scriptis Isocratis, & filium illius qui olim Salaminæ regnauit. <i>Obijt hic in Asia. Diodor.</i></p> | 403 | 427 107 3 |
| 3655 | | 14 | <p><i>Consules L. Furius Camillus, & App. Claud. Crassinus Regilensis.</i> Moritur Claudius in belli apparatu contra Gallos, quos Furius acie vicit in agro Pontino, compulitque in Apuliam. M. Valerius Trib. Milit. dictus est Coruinus ex singulari pugna cum Gallo, quod certanti coruus affuisset. <i>Linus. Eutrop.</i> Dictator creatur T. Manlius Torquatus. Olynthii bello vexati à Philippo, auxiliares copias accipiunt ab Atheniensibus hortante Demosthene in suis Olynthiacis. hanc urbem Thraciæ maritimam definiunt Xenophon & Libanius.</p> | 404 | 428 107 4 |
| 3656 | | 15 | <p><i>Consules M. Popilius Lenas quartum & M. Valerius Coruus.</i> Apud Romanos otium foris domique. Philippus Olynthum ad deditioem compellit. <i>Diodor.</i> anno captæ huius vrbis diem clausit Plato. <i>Plutar. in 10. orator. Athen. lib. 5. cap. 12. & Suidas, licet Euseb. dicat obiisse an. 1. Olymp. 109. vide Dionysium in vita Demosthenis, vbi dat Theophilum tunc Athenis prætorem.</i></p> | 405 | 429 108 1 |
| 3657 | | 16 | <p><i>Consules C. Plautius Venno Ypsæus, & T. Manl. Imperiosus Torquatus.</i> Silent hoc anno Romana arma. Demosthenes habuit Philippicam 6, qua suadebat vt Athenienses armis iuuantur Helleponti vrbes contra Philippum. Pax firmata tamen ad 7. annos inter Philippum & Athenienses. <i>Diodor. Gemist.</i></p> | 406 | 430 108 2 |

PERIODVS. 7.

Orbes Indorum Persarū. 82

| | | | | |
|------|----|--|-----|-----------------|
| 3658 | 17 | <p>Consules M. Valerius Corvus secundum, & C. Patellus Libo Viso- lus. ita Liuius & Cassiodorus. licet Censorinus det his annū V. C. diuersum. Philippus, Phocenses deditione accipit, pulsus inde Delphici templi violatoribus. & sic finitur bellum sacrum de- cennale. Diodor. Dum nunc Sicilia miserè à Tyrannis vastata iaceret, Dionysius iunior tandem Syracusas, & pristinam in- uadit, recuperatque ditionem, pulso Nisæo. & dum eum Car- thaginenses nouo bello aggrediuntur, Corinthii Timoleonē ducem eò mittunt, qui Syracusanis opem ferret. Diodor. & Plutar. in eius vita. Hanno affectatæ tyrannidis reus damna- tur apud Carthaginenses. Iustin. lib. 21.</p> | 407 | 431 108 3 |
| 3659 | 18 | <p>Consules M. Fabius Dorso, & Ser. Sulpicius Camerinus. ex Liui- & Cassiod. L. Furius Camillus dictator creatus prima acie de- bellat Auruncos, veteris Latii populos. Timoleon in Siciliam appellens Tauromeni recipitur, aliæque ciuitates in eius fidē se recipiunt. Plutar. in eius vita. Abner Dux Iudæorum.</p> | 408 | 432 108 4 |
| 3660 | 19 | <p>Consules C. M. Rutilus tertium, & T. Manl. Imperiosus Torqua- tus secundum. Romæ P. Valerius Poplicola Dictator dictus, fe- riarum constituendarum causa, quòd lapides pluisset, & in- terdiu nox visa esset intendi. Liuius. Demosthenes habet 7. Philippicam, Diony. Halic. in eius vita. quo anno Philippus vi- ctis Illyriis, Thessaliam etiam tyrannis liberauit, & amicam fecit. Diodor. & Gemist. Dionysius iunior bellis oppressus par- tem vrbis Syracusanæ quam tenebat celsit Timoleoni. à quo ille Corinthum missus, diem in Ægestate clausit ibidem.</p> | 409 | 433 109 1 |
| 3661 | 20 | <p>Consules M. Valerius Corvus tertium, & A. Cornelius Cossus Ar- uina. nunc Campanorum causa (qui se Romanis dederunt & quos Samnites opprimebant) susceptum est Samniticum bellum. per annos quinquaginta gestum. triumphos habuit 24, ex Floro, huic bello annos 70 dat Liuius lib. 31. in oratione legati Romani, in Concilio Aetolorum. sunt Samnites inter Picenum agrum, Campaniam et Apuliam medii. hodie Abruzzo. & Beneuentanus olim ducatus. Ambo Consules hoc anno bis vincunt Samnites, amboque triumphant. Aristoteles incipit Alexādrum erudire, in quo munere hæsit annis 8. Diony. Halic. Dum Philippus magnam nunc Thraciæ partem subigit, Eu- bœam insulam munit contra Atticam, & sinum Chalcidis pa- rat ad nauigationem in Atticam. Demosthenes apud Athe- nienses habet Philippicam 8. Diony. Halic. Diodor. Gemist. Ti- moleon Corinthius summa rerum potitur in Sicilia, pulsus Carthaginensibus, & profligato Ictera, Syracusas splendori pristino restituit, euocatis è Græcia nouis incolis. Plutar. & Diodor.</p> | 410 | 434 109 2 |
| 3662 | 21 | <p>Consules Marcius Rutilus quartum, & Q. Seruilius Ahala. Ro- mæ lata lex, ne quis intra decennium, eundem caperet magi- stratum. M. Valerius Corvus Dictator creatus, militarem se- ditionem in Campania comprimit. Liuius. Exorto inter Phi- lippum & Athenienses bello, Phocion Atheniensium Dux Eubœam insulam recuperat fuso Macedonū exercitu. Plutar. & in Phocione. Demosthenes 9. & 10. Philippicam dicit in Phi- lippum. Diony. Halic. nunc Isocrates Panathenaicum dedit in lucē. qua oratione in Panathenæis (de quibus feriis solēnibus vide 3439. & Suidā) habita, Athenienses anteposit Lacedæ- monius. eam habuit inquit Cicero, anno ætatis quarto & no- nagesimo. Timoleon Icteram redigit in ordinem & Siciliam liberat tyrannis dominatoribus. Diodor.</p> | 411 | 435 109 3 |

| | | | | |
|------|--------------------|--|-----|-----------------|
| 3663 | 22 | <p><i>Consules C. Plaut. Venno Ypsæus secundum, & L. Aemilius Mamercinus.</i> Missus Ypsæus ad Priuernates, hostes vincit, & Priuernum urbem Latii, Samnitibus vicinam capit. Samnitibus pax hoc anno concessa. Alexander 16 annos natus, absente patre in expeditione contra Bizantium, domat Megarienses. <i>Diodor. Plutar.</i> Perinthus vrbs Thraciæ ad Propontidem obfidetur etiam à Philippo. Demosthenes Philippica 11, hortatur Athenienses ad obfessorum subsidium. authores citati.</p> | 412 | 436 109 4 |
| 3664 | 23 | <p><i>Consules T. Manl. Imperiosus Torquatus tertium, & P. Decius Mus.</i> Dictator Papius Crassus missus in Antiates nihil memorabile gessit. Latini responso feroci alterum Consulem è Latio fieri petentes, Romana arma in se conuertunt. Decius tunc Consul, in aciem Latinorum impetu facto, se Diis manibus deuouit, & morte sua victoriam suis peperit, inquit <i>Liuius Phocion</i> Atheniensis exercitus Dux. Philippum repellit, cogitque in Hellepontum se recipere, interim Demosthenes ciuitates Græciæ legatus iustrans, pertraxit ad scædus contra Philippum, exceptis Thebanis. Philippus pacem petit, quam negant Athenienses suafore Demosthene Philippica 12. & vltimam quam nunc habuit. <i>Diodor. Diony. Halicar. Epist. ad Amm. sum. & Plutar. in vita Demosth.</i> Carthaginenses ducibus Hasdrubale & Amilcare iterum Siciliam inuadunt. In conflictu, 70 millia fudit Timoleon, qui 7 tantum millia numerabat in suo exercitu. ingens fuit hæc Carthaginensibus clades. <i>Diodor. Plutar.</i></p> | 413 | 437 110 1 |
| 3665 | <i>Arfes.</i> 1 | <p><i>Consules T. Aemilius Mamercinus, & Q. Publius Philo.</i> Triumphat Philo de Latinis victis in campis Senectanis. apud Persas Ochus Rex venenato pharmaco extinguitur. Bagoas qui medicum ad hoc facinus impulit, effecit vt Arfes ætate minimus, occisis fratribus regno præficeretur. <i>Diodor.</i> Philippus Phocensium vrbes sibi deuincit. Demosthenes Thebanos reddidit Atheniensibus confæderatos. <i>Dionys. & Plutar. in Demosthene.</i> Timoleon in Sicilia occiso Iceta pacat omnia pulsis tyrannis, & pace composita cum Carthagine. <i>Diodor.</i></p> | 414 | 438 110 2 |
| 3666 | 2 | <p><i>Consules L. Furius Camillus, & C. Mainius seu Menius.</i> Latini ingenti pugna superati sunt, & de his perdomitis triumphatum, inquit post Liuium Eutropius. In Thracia pugnatum ad Cheroneam. in quo prælio Philippus vincit Athenienses & Thebanos. à die huius insignis victoriæ, res Græcorum semper retrò prolapsæ sunt, vsque ad amissam tandem omnem libertatem. Isocrates anno iam ætatis 98, dolore cadentis patriæ superatus moritur. <i>Gemist. Diodor. & Plutar. in Demosthene & Isocrate.</i> Paulò ante hanc pugnam lis forensis cœpta de corona aurea à populo decreta Demostheni, virgente ad id populum Ctesiphonte oratore.</p> | 415 | 439 110 3 |
| 3667 | 3 | <p><i>Consules C. Sulpitius Longus, & P. Ailius Paullus.</i> Philippus Thebanis ad deditionem compulsis, præsidium impoñit Macedonicum. datæ etiam pacis conditiones Atheniensibus. & ipse Imperator Græcorum contra Persas delectus Corinthi est. sed initio sequentis anni expansi occiditur à Pausania, & vt puto ante mutatum hunc vrbis annum. de his <i>Diodor. & Plutar.</i> Obiit Timoleon cum Siciliam 8. prope annis rexisset, laudatus ab omnibus princeps. <i>Diodor.</i></p> | 416 | 440 110 4 |
| 3668 | <i>Darius</i> 4 | <p><i>Consules L. Papius Crassus & K. Duilius.</i> In Perside Arfes Ochi filius à Bagoa Satrapa occiditur vna cum liberis, qui regnare fecit Darium, vltimum Perfarum regem, Ochi nepotè</p> | 417 | 441 111 1 |

| Orbis | Iudeorum | Perfaris. | 84 | PERIODVS. 7. | P.C. | Olympia. |
|-------|-----------------|-----------|----|--|------|-----------------|
| | | | | ex fratre, dictus est Melas. <i>Diodor. Euseb. Iustin.</i> Philippus Macedonum Rex occisus est à Pausania satellite, cogitans de expeditione Persica. de eius initio supra anno V. C. 392. Regnat filius Alexander (dictus postea magnus) anno ætatis ferè 20. <i>Arrianus de reb. gestis Alex.</i> regnat annis 12. <i>Diodor. lib. 17. in fine.</i> vixit annis 32. <i>Arrian.</i> hanc Olympiadem notat <i>Diod. lib. 16.</i> Initium ergo Alexandri incidit quidem in principium anni Orbis 3668. sed adhuc anno V. C. 417 nondùm inchoato. Excurrebat tamen primus annus Olymp. III, iuxta horù annorù initia supra stabilita. Alexander videns morte patris vndique ingruere bella; primo & secundo regni anno Barbaros compescit victis Illyriis & Triballis ad Danubium. Syrmum Getarum regem capit, & Thebas solo æquauit, ob cæsos ibi Macedones, qui præsidarii erant. <i>Diodor. lib. 16. & 17. Iustin. lib. 9. 10 & 11. Arrianus in vita Alexandri. Plutarch.</i> hic finit historiam Gemistius dictus Plethon. | | |
| 3669 | | 2 | | <i>Consules M. Val. Coruus quartum. & M. Attilius Regulus.</i> Narrat Lilius à Coruo consule fusos Calenos in Campania, capto eorum oppido, & decretum triumphum. Alexander euerfis Thebis parat expeditionem persicam. | 418 | 442 III 2 |
| 3670 | | 3 | | <i>Consules T. Veturius Caluinus. & Sp. Post. Regillensis Albinus.</i> Creatur Cornelius Rufinus Dictator, qui mox se abdicat Magistratu. Alexander Patri substitutus Græcorum Imperator, exercitum ducit in Asiam, vincit Persas ad Granicum Phrygiæ fluium. Expugnat Sardes, Miletum, & Halicarnassum, <i>Diodor. 2. Curtius. Iustin. & Arrian.</i> Circa hunc annum Saba ballat templum construere cœpit in monte Garizim, concedente Alexandro magno. <i>vide qq. cap. 16. nu. 8. & 30.</i> | 419 | 443 III 3 |
| 3671 | Matathia Elith. | 4 | | Hic annus ponitur, nec malè vt opinor, sine vllis consulis, <i>Ab Onuphrio, Sigonio & alijs.</i> licet Onuphrius ex suo calculo, id putet accidisse anno 421. non desunt tamen qui Dionysiu secuti, proprios edant huius anni Consules. Causam solitudinis huius subindicat his verbis <i>Linius, quia post abdicatam dictaturam pestilentia insequuta est, velut omnibus eo vitio contactis auspicijs, res ad interregnum rediit.</i> Alexander prælium committit ad Issum in Cilicia, fusus ibi Perfarum exercitus. fuga euasit Darius, mater, vxor & liberi Darij capti, <i>authores citati.</i> Memnon Rhodius Perfarum Dux, multis insulis & vrribus in Græcia redactis in potestatem Perfarum, nunc obiit. <i>Diodor. 2. Curtius.</i> Matathia Elith Dux Iudæorum, annis, 12. <i>Annus.</i> | 420 | 444 III 4 |
| 3672 | | 5 | | <i>Consules A. Cornel. Cossus secundum, & Cn. Domitius Caluinus.</i> fama Gallici belli fecit vt nominaretur Dictator M. Papirius Crassus, sed quieta manserunt omnia. <i>Linius.</i> Alexander subacta Phœnicia Tyrum expugnat, mense septimo obsidionis. & animo Iudæis infenso ob repudiatum fœdus cum Græcis, pergens Hierosolymam placatur à laddo. <i>Iosep. lib. 11. Antiq. cap. 8.</i> | 421 | 445 III 1 |
| 3673 | | 6 | | <i>Consules M. Claudius Marcellus, & C. Valer. Potitus Flaccus.</i> Romæ, Matronæ veneficia coquentes pestilentiam alebant. creatus Dictator Cn. Quinctilius clau figendi causa; vt sic expiaretur facinus, habita de maleficis inquisitione: <i>Linius.</i> Hoc anno regni 6, Alexander subegit Ægyptum; templum Iouis Ammonii in Lybia inuisit. <i>Diodor.</i> Occurrit Dario in Assyria, pugnatur ad Arbela (ad Gangamela inquit Scalig.) mense Augusto, <i>ex Plutarcho, in Alexandro.</i> victus tertio Darius, quando concidit Perfarum Monarchia, à Cyro huc vsque producta, & ab | 422 | 446 III 2 |

& ab anno V.C.192. cum proinde stetit annis 230. ut sentit Diodor. 2. Curtius lib. 4. & 6. Julius Afric. apud Eusebium. Scribit porro Diodorus hoc Alexandri anno, condi cœptam Alexandriam, iubente Alexandro in loco antiquæ, & dirutæ ciuitatis, quæ No appellatur, Nabum 3. vide qq. c. 15. nu. 8. alii dant anuum Alexandri 9.

GRÆCORYM MONARCHIA.

Perfarum destructo imperio Alexander magnus inchoat hoc anno Græcorum Monarchiam. quando victo ut dixi Dario ad Arbela 26 Augusti, summa rerum potitus est. anno 2. Olymp. 112. ex Diodoro, & Arriano lib. 3. Obseruat Plutarchus Lunæ eclipsin nocte vndecima ante pugnam ad Arbela. addit Scaliger de Emendat. Olympiadem hic notatam. sed mensendam alium, in qua re hallucinari vult Plutarchum & Ciceronē de Diuinat. non enim vult pugnam, ut ait Plutar. πέμπτη ἡ Βονδερμιάδος φθινόωτος, sed δευτέρα ἰσαμένη. De principio περιόδων Calippi quod in hunc annum incidit, vide qq. cap. 15. num. 7. & cap. 19. num. 25. Continebat quatuor Enneacaterides, seu Cyclos Metonis, aut Olympiadas 19. his enim 76 annis peractis putabat solem & lunam æqualem absolueret periodum, & sic recte inueniri concordiam cursus Solis & Lunæ.

Consules Papius Crassus secundum, & L. Plautius Vennos. Consules Priuernum obsident. Ciuitates Persicæ & Assyriæ dedunt se Alexandro, oblatis ei ciuitatum clauibus, dum Susæ esset non procul à Tigri, & postea Babylone vbi Thefauros Persicos reperit. Darius in fuga apud Bactrianos à Besso occiditur. 2. Curt. Plutarch. Diodor. Arrianus. Athenis causa de corona adiudicatur Demostheni contra Eschinem. qui mox exulat apud Rhodios. Plutar. in Demosthene. Græci rebelles in Alexandrum victi ab Antipatro, quem Alexander absens præferat Macedoniæ. Diodor.

Consules L. Aimilius Mamercinus secundum, & C. Plautius Decianus. Priuernum vrbs obsessa anno superiore nunc expugnatur, & triumphat Plautius Lini. Bactriani se dedunt Alexandro, vbi Bessus Percussor Darij traditus Alexandro occiditur. Amazonum regina ibidem conuenit Alexandrum,

Consules C. Plautius Proculus Venox, & P. Cornel. Scipio Scapula. Nihil memorabile gestum hoc anno à Romanis. Alexander Sogdianos & Scythas bis vincit, & Indiam ingressus profert Imperium. Demosthenes exulat vsque ad Alexandri excessum. Plutarch.

Consules L. Cornelius Lentulus, & Q. Publilius Philo secundum. Romani Cornelium Samnitibus opponunt. Publilius palæopolitanis bellum indicit. Linius. Alexander in India prorum regem victum ducit captiuum. Plutarch. Justin. Diodor.

Consules C. Pætelius Libo Visolus secundum, & L. Papius Cursor. In hunc annum incidit primus proconsulatus Romæ, quando Philoni prorogatum est impetium, & pro consule rem gerere iussus est, quoad debellatum esset cum Græcis. victis hostibus triumphauit primus in proconsulatu. de hac dignate proconsulari lege Onup. ad an. 428. triumphat de Palæopolitaneis Philo. fuit palæopolis non procul inde, vbi nunc est Neapolis. Narrat Linius lib. 8, Alexandrum Epiri regem, qui ante 12 annos venit auxilio Tarentiuis contra Lucanos, nunc fuisse occisum,

3674

Alexandri
Magn. an.

7

423

447

112

3

3675

8

424

548

112

4

3676

9

425

449

113

1

3677

10

426

450

113

2

3678

11

427

451

113

3

3679

12

Consules L. Furius Camillus secundum, & D. Iunius Brutus secundum. Camillo Samnium, Bruto Vestini qui se Samnitibus coniunxerant obuenerunt. Linius. Alexander Babylonem venit dehortantibus Chaldaeis, & prenuntiantibus si veniret, interitum. Diodor. Ibi audit legationes omnium gentium, curat superbum funus Hephæstionis amicissimi sibi, & dolo hausta venenata portione moritur. mensis articus notatur *Εκατομβαιών*, & Plutarcho obiit *Δαισιετῆ τριτη τελευτώντος*. si autem utroque mense Artico scilicet & Macedonico notetur ut multorum est sententia noster Iunius, palam est obiisse anno insequenti qui est vrbis 429. si verum est quod ait Diodorus, expleuisse regni annos 12. cum aliquot mensibus, tot enim sunt ab anno V. C. 416 exeunte, ad 429, mense Iunio.

428

452

113

4

3680

Arideus, I
Prole-
mens, I

L. Papirius Cursor Dictator sine vllis Consulibus, qui hoc anno triumphat de Samnitibus. Hic Q. Fabio Maximo quem Magistrum equitum nominauerat, abrogauit Magisterium, quod se comitorum causa absente pugnaisset contra Samnites, quamuis prosperè. Quod spectat ad res Græcorum, manet ex his quæ ad annum qui proximè præcessit dixi, Alexandrum hoc demùm anno diem clausisse. dant enim illi annos 12. & aliquot menses hi authores, Diodor. Plutar. & Eusebius. consentiunt Diogenes Laertius & Arrianus. qui addunt eodem die & anno obiisse Diogenem Cynicum. denique Clemens Alexan. 1. Strom. dat annum vrbis 429.

429

453

114

1

DIGRESSIO DE SUCCESSORIBVS Alexandri.

Post excessum Alexandri magni, diuisa est, & in varias distracta partes Græcorum Monarchia; vti præter alios narrat Diodorus. Nam sedato principum tumultu, tandem Philippus Arideus, Alexandri frater, designatus est in Macedonia successor, interim donec Alexandri magni filius adolescat. vt scribit Diodor. lib. 18. initio. Perdicas filio Alexandri datur tutor. ille est cui Alexander moriens annulū dedit. Prouinciis præficiuntur, qui postea eas in regna cōuerterunt sua. præsertim ab anno 3693. vti ibidem aduerto. ergo Agypto præficuntur Ptolemæus Lagi filius: Paphlagoniæ & Cappadociæ Eumenes: Antigonus Philippi filius Phrygiæ maiori. Cassander Antipatri filius, stipatoribus regis: Lysimachus Thraciæ & Ponto. demùm Seleucus constituitur Castrorum Tribunus. de hac aliaque prouinciarum fortitione Iustinus & Diodorus sub initio libri 18. neque tamen sine principum horum discordia steterunt nūc res Græcorum. eaque protracta est per annos 12. continuos. Post quos cœpit Seleucus regnare, Syriamque & Babyloniam obtinuit. Antipater cuius hic mētio fit, ille est, cui Alexander absens commiserat in Græcia rerum gubernationem, & quam nunc etiam retinuit, & fortè vt vnus è tutoribus filio Alexandri datis. Aliqui enim scriptores discrepantes à Diodori sententia, quatuor dant Tutores. & Arideum ex tutoribus vnum numerant. Habuit tamen vicissitudinem hæc tutorū tio, & excurrentibus illis 12 annis, diē clausit Antipater, cui in tutela substituunt breui principes Polyperchonta. Arideus occiditur ab Olympiade anno 7. & aliquo de-

| | | | | | | |
|------|-------------|---|------------|--|-----|-----------------|
| 3680 | Aridens | | Ptol. Lagi | <p>mū tēpore, ab hac cæde occidētur <i>Olympias, & Eumenes</i>, hāc tragicā historiā dāt ampliorē qui insequūtur anni.</p> <p><i>Aridens</i> ergo frater Alexandri, hoc anno vrbis 429. cœpit regio nomine præesse Macedonibus, complebitque regni annos septem, inchoatos nunc à morte Alexandri, à qua deinceps putantur hic anni, regni Macedonici restituti. quod postea stetit annis 156. defecit enim ad annum orbis 3836. plura de hoc Arideo, qui & <i>Philippus</i> dictus est, lege apud <i>Diodorum lib. 18.</i></p> <p><i>Ptolemaeus Lagi filius</i>, cui obrigit Ægyptus regnabit hinc, & complebit annos 40. iuxta <i>Eusebium</i>. à morte inquam Alexandri, vnde anni putantur restituti regni Ægyptiaci, quod stetit deinceps annis 294. defecit in Cleopatra, ad an. V.C. 723.</p> <p><i>Antigonus</i>. nunc quidem mortuo Alexandro incipit præesse Asiæ in Phrygia. tamen non nisi post sex annos instituit regnum Asiæ, scilicet anno vrbis 437. à regno vero Asiatico inchoato regnaturus est annis 18, includendo extremos annos, ita <i>Eusebius</i>. vide <i>Diodorum lib. 18.</i> parùm ergo durabit hoc Asiæ regnum. Nam <i>Antigonus</i> post inimicitias, & gestum cum Seleuco bellū, futuro Babylonis satrapa, relinquet regnū <i>Demetrio filio</i>. qui tadē anno regni sui 17. & Seleucidarū an. 28, se ipsum Seleuco genero tradet, sicque cessabit Asiæ regnum. <i>Euseb.</i> cætera dabunt insequentes anni.</p> | 429 | |
| 3681 | | 2 | 2 | <p><i>Consules C. Sulpitius longus secundum, & Q. Aulus Cerretanus</i>. Decretum Consulibus hoc anno bellum cōtra Samnites, & nouum in Apulia, sed nihil memorabile gestum. Græciæ ciuitates inito fœdere sub auspiciis & ductu Atheniensium conspirant contra Macedones, à quibus obsidetur <i>Antipater</i> intra <i>Lamiam</i> urbem, vnde natum bellum <i>Lamiacum</i>. reuocaturque ab exilio <i>Demosthenes</i>. <i>Diodor. Plutar.</i></p> | 430 | 454 114 2 |
| 3682 | Arsarmahac. | 3 | 3 | <p><i>Consules Q. Fabius Max. Rullianus & L. Fulvius Curuus</i>. Dictator dictus <i>A. Cornelius Cossus</i> Aruina, ludorum causā, & qui mittendis quadrigis signum daret. Consulibus bellum contra Samnites Commissum, de quibus etiam triumphant. licet aliqui, de illis triumphasse scribant Dictatorem. <i>Antipater</i> Macedoniae tutor minatur bellū Atheniensibus, nisi decem ei tradantur oratores, belli vt putabat authores. Ex his <i>Demosthenes</i> fuga elapsus, & desperans se posse euadere, veneno hausto extinguitur. <i>Plutar. in horum vita.</i> <i>Ptolemaeus</i> Aegypti Rex captis Hierosolymis spoliat tēpiū. <i>Joseph. lib. 10. Antiq. c. 1.</i> moritur <i>Aristoteles</i> in Chalcide, anno ætatis tertio supra sexaginta. <i>Antipater</i> duplici prælio victis Atheniensibus, subiecit sibi Athenas, & finem accipit bellum <i>Lamiacum</i>. <i>Diodor. Arsarmahat Dux Iudæorum</i> annis 9. <i>Philo Ann.</i></p> | 431 | 455 114 3 |
| 3683 | | 4 | 4 | <p><i>Consules T. Veturius Calvinus secundum, & Sp. Post Regillensis Albinus secundum</i>. horum meminit <i>Cicero lib. 3. de Offic.</i> Ab his malè pugnatum est contra Samnites, & victi, sub iugū missi sunt, pace turpi constituta ad furcas <i>Caudinas</i>, <i>Linus, Florus. Eutrop.</i> In Asia <i>Eumenes</i> opē ferente <i>Perdicca</i> Paphlagoniā, Cappadociam & Pontici maris oram occupat, tenuitque quoad vixit. <i>Perdiccas</i> inuadens Ægyptum occiditur <i>Diodor. Plutar. in Eumene, Iustin. lib. 13. & 14.</i> florent <i>Theophrastus A</i></p> | 432 | 456 114 4 |

| Orbis | Indorum | Maced. | Aegypt. | Text | R.C. | Olymp. |
|-------|-----------|--------|---------|--|------|-----------------|
| 3684 | | 5 | 5 | <p>ristotelis auditor, & Theodorus Athenus. <i>Euseb.</i> <i>Consules Q. Publilius Philo tertium, & L. Papirius</i> <i>Cursor secundum.</i> Consules illi ad Caudium victi, nunc dediti sunt hostibus. ac ita Romanis religione solutis bellum Samnitibus indicitur. tres dictatores habuit hic annus. at cur facti, aut suffecti non satis constat. <i>Liuius.</i> nunc saltem Antipater Perdicca occiso, suffi- citur tutor filiorum Alexandri. Et Ægyptum Ptole- mæo cōfirmans, Seleuco in diuisione prouinciarū de- dit Babylonem. <i>Diodor. Iustin. lib. 24.</i> Ptolemæus Phœ- niciam & Syriam inferiorem sibi subiecit. <i>Diodor.</i></p> | 433 | 457 115 1 |
| 3685 | | 6 | 6 | <p><i>Consules L. Pap. Cursor tertium & Q. Aul. Cerretanus</i> <i>secundum.</i> Samnitibus hoc anno superatis & sub iugum missis triumphat Papirius qui sic turpem ad Caudium pacem ultus est. <i>Liuius.</i> Antipater ex Asia regressus in Macedoniam moritur, substituit moriens Polyper- conta, cum in quadam alia administratione, cum in tu- tela filiorum Alexandri. Cassander hac re plurimum offensus armatur contra Polyperconta primum in Macedonia, mox in Peloponneso. <i>Diodor.</i></p> | 434 | 458 115 2 |
| 3686 | | 7 | 7 | <p><i>Consules L. Plautius Venno, & M. Follius Flaccinator.</i> Romani petentibus Samnitibus dant biennii indu- cias. Theaneses & Canusini in Apulia urgente Plau- tio consule veniunt in deditioem. <i>Liuius.</i> Cassandrum nunc quidem vincit Clitus, Dux Polypercontis. sed breui Cassander Macedoniam tenebit. <i>Diodor.</i> Phocion Atheniensium Dux, accusatus quod non suc- currisset his qui Piræum Athenarum portum propu- gnabant, damnatus occiditur. Cum Phocione, qui ob præclaras domi forisque dotes probus est appellatus, concidit Athenarum gloria. <i>Plutarchus in Phocione.</i></p> | 435 | 459 115 3 |
| 3687 | Cassander | | 8 | <p><i>Consules Q. Aimilius Barbula, & C. Iunius Bubulus</i> <i>Brutus.</i> à Romanis perdomita Apulia perreptum in Lucanos, & repentino Aimilii Consulis aduentu ca- ptum vi Nerulum, Lucaniæ oppidum. Polypercon Cassandri hostis concilians sibi Macedones effecit, vt Olympias mater Alexandri præficeretur regno ad- ministrando. quæ mox occidi fecit Arideo Philip- pum, Alexandri fratrem, cum septem annis regnasset. <i>Diodorum lege de hoc Arideo.</i> Arideo successit Cassander, filius Antipatri. <i>Diodor. lib. 19.</i> saltem anni 19 quibus regnauit Cassander, numerantur à cæde Aridei iuxta Diodorum, & Eusebium. Eumenes concil- iat sibi veteranos Alexandri milites, qui Argyraspi- des à clypeo argenteo dicti sunt: & Suzæ in Perside parat expeditionem in Antigonum. <i>Diodor. Aimil. Pro- bus.</i> Agatocles occupat Syracusas in Sicilia. <i>Diodor.</i></p> | 436 | 460 115 4 |
| 3688 | | 2 | 9 | <p><i>Consules Sp. Nautius Rutilus, & M. Popillius Lenas.</i> Fu- si Samnites rebellantes, Dictatore L. Æmilio Ma- mertino. In Mediæ finibus vincit acie Antigonum Eumenes. victor tamen, per Argyraspides (qui ei au- xilio fuerant) ligatus traditur Antigono, & ab eodem occiditur. <i>Diodor. Plutarch. Iustin.</i> sic Antigonus Asiæ Dominus euasit. de hoc Asiatico regno nunc instituto, dixi ad annum vrbis 429. Cassander expugnata Pidna vrbe, captam ibi Olympiadem Alexandri matrem iam occidit, sicque tandem in Macedonia possessionem venit. <i>Diodor.</i></p> | 437 | 461 116 1 |

| Orbis. | Iude. | Macedo. | Aegypti. | | | | | |
|--------|----------|---------|----------|---|-----|-----|-----|---|
| 3689 | | 3 | 10 | <p><i>Consules Papius Cursor quartum, & Q. Publilius Philo quartum.</i> Romani Saticulam, Samnites Plistiam expugnant. vis belli ad Soriam quæ ad Samnites defecerat cõuertitur <i>Linus</i>. Antigonus Seleuco Babylonæ præfecto bellum indicit. At Ptolemæus, Cassander & Lyfimachus in Thracia dominator, cõspirant cum Seleuco in antigonum, excrefcentem Antigoni potentiam formidantes. <i>Diodor. Iustin.</i> Interim Polypercon & Alexander filius in Peloponeso, auxilio Antigoni Asiatici se muniunt aduersus Cassandrum, Bithyniæ regnum initium accipit in Zipoete rege primo. <i>Diodor.</i> florent Menedemus & Pseusippus.</p> | 438 | 462 | 116 | 2 |
| 3590 | | 4 | 11 | <p><i>Consules M. Pætelius Libo, & C Sulp. Longus tertium.</i> A consulibus Sora & Ausonia vrbes captæ: recuperata Luceria. Samnites acie victi, & ad Bouianum Samnitum vrbem expugnandam legiones ductæ. <i>Linus</i>. Agathocles, res suas promouet in Sicilia. <i>Diodor. Iustin, lib. 22.</i> Pugnatur satis vario Marte inter Alexandri successores hoc anno, variis in locis. <i>Diodor.</i></p> | 439 | 463 | 116 | 3 |
| 3691 | Artaxas. | 5 | 12 | <p><i>Consules L. Papius cursor quintum, & C. Iunius Bubulcus Brutus secundum.</i> Nola capta à Romanis. Missi Trium-viri Interamnam & Casinum, ad colonias deducendas. <i>Linus</i>. à Ptolemæo Aegypti rege Cyprus subacta. <i>Diodor.</i> Apud Iudæos Artaxat Nagid dux creatur <i>Philo Annii.</i></p> | 440 | 464 | 116 | 4 |

PERIODUS OCTA-
ua annorum 249.

A Seuleucidarum regni initio ad templum
expugnatum.



Eleucidarum regnum nunc initium capit in Seleuco Nicanore, & appellatur hic, regnum Syriæ. Ab huius regni initio, libri Machabæorum numerant annos Græcorum 99. c. 16. de horum annorum vario initio 99. c. 17. nu. 5. & 8. Itaque anno. 248 à Cyro: anno autem 12 à morte Alexandri, & Olympiade hic notata, Seleucus capta Babylone, imponit sibi diadema Asiæ, regnat annis 33. *Eusebi.* vide annum orbis 3921. Qui Seleuco dant annos tantum 31, componunt Ptolemæum Ceraunum cum Antiocho Sotere, quos tamen reges nos aliter comparamus. Hoc etiam tempore Cassander qui Arideo successit, necat Alexandri liberos, nãpe anno secundo Olympiadis huius 117, lege *Diodorum lib. 19.*

| Orbi | Iude. | Macedo. | Syria | Agypto. | 90 | PERIODVS. 8. | V.C. | Olympia. |
|------|-------|---------|----------------|---------|----|---|------|------------------|
| 3692 | | 6 | Seleucus 2. | 13 | | <p>Consules M. Val Maximus. & P. Decius Mus. Aqua appia his Coff. in vibem inducta: Frontinus de Aqueductibus. ex fama belli Etrusci creatur dictator. Valerius de Samnitibus triumphat, ex Tabulis capitolinis. Hic annus 12 est à morte Alexandri, excurrrens Olympiadè hic notata, quando initium accepit regnum Syriae in Seleuco. nam licet demus. quod vult Mercator, Ptolemæum dedisse annum 3. huius Olympiadis; tamen pro nobis stant Historia Machab. Iosephus, Euseb. lib. 8. Demost. c. 2. & alij, qui anno 12 exacto à morte Alexandri, numerant annos Græcorum seu Seleucidarum. Ergo ex victoriis quas ope Ptolemæi reportauit Seleucus contra Antigonum & Demetrium Antigoni filium, mansit Seleuco Babyloniae, Suzæ, & Syriae dominatus: mansitque regnum posteris vsque ad Romanos. Diodor. lib. 19. c. 43. ceterum vide qq. 17. Æacides rex Epirotarum moritur, relicto filio Pyrrho, bienni. Iust. lib. 15. Plutar.</p> | 441 | 465 117 1 |
| 3693 | | 7 | 2 | 14 | | <p>Consules C. Iunius Bubulcus Brutus tertium, & Q. Aemilius Barbula secundum. oppugnatum Bouianum in Samnio, & Sutrium in Etruria. Linius. Bubulcus de Samnitibus, Aemilius de Etruscis triumphat. Tab. capitol. In Sicilia Agathocles victus à Carthaginensibus, Syracusas confugit. Diodor. lib. 20. extinctus hoc anno est Alexander iunior, Magni Alexandri filius ex Roxane susceptus, quando Cassander palam Macedonici regni diadema accepit Diodor. extincta simul Roxanes. ab eo die reliqui prouinciarum administratores in Syria, & Aegypto, imitati Seleucum se reges dixerunt. Diodor.</p> | 442 | 466 117 2 |
| 3694 | | 8 | 3 | 15 | | <p>Consules Q. Fab. Max. Rullianus secundum, & C. Marius Rutilus. Fabius insignè de Etruscis retulit victoriam propè Perusium. ab altero consule cum Samnitibus certatum est dubio Marte. Linius. hoc anno domitæ Etruria, annulorum vsus apparuit. Plin. lib. 33. c. 1. pugnatum quoque inter Græcorum principes Asiaticos & Europæos, vt narrat Diodorus. Agathocles impar viribus Carthaginensium in Sicilia traicit in Africam: reuocant Pœni, Siciliae Carthaginenses ad defendendam patriam. quos redeuntes acie vicit Agathocles. Diodor.</p> | 443 | 467 117 3 |
| 3695 | | 9 | 4 | 16 | | <p>L. Papirius Cursor Dictator contra Samnites dictus est. Caruitque hic annus Consulibus, triumphum reiicit Linius in annum insequentem. Perusini à Fabio victi urbem dederunt. alter Alexandri magni filius Hercules, spe regni Pergomo euocatus à Polyperconte occiditur, dolo Cassandri & Polypercontis damnanda ignauia, quem spe falsa illudit Cassader. Diodor.</p> | 444 | 468 117 4 |
| 3696 | | 10 | 5 | 17 | | <p>Consules P. Decius Mus secundum. & Q. Fab Maxim. Rullianus tertium. Fabius è Samo ad</p> | 445 | 469. 118 1 |

| | Libno. | Maced. | Syria | Ægyptus | | V.C. | U.C. |
|------|----------|--------|-------|---------|--|------|-----------------|
| 3697 | | 11 | 6 | 18 | Vmbros profectus, eos ad deditionē compulit. <i>Liuius</i> . Antigonus Cleopatram Alexandri sororem curat occidi, ne suo matrimonio res Asiæ turbaret <i>Diodor</i> . Metasthenes floret. <i>Consules Ap. Claudius Cæcus, & L. Volumnius flamma violens</i> . Fabius præcōsul rem gerit cum Samnitibus. Volumnius opponitur nouis hostibus Salentinis. <i>Liuius</i> . Demetrius Antigoni filius missus à patre Athenis libertatem restituit, eiccto inde Cassandri præsidio. cuius beneficij memoriam notarūt noua annoq̄ Æra constituta Athenis, notando ab hac libertate data, singulis annis Sacerdotis nomē, vti Romæ per consules annorum ratio constabat. <i>Diodor</i> . data eadem libertate, perisque aliis Græciæ vrbibus, Demetrius Cyprum subegit. <i>Diodor. Appian in Syriacis</i> . | 446 | 470 118 2 |
| 3698 | | 12 | 7 | 19 | <i>Consules Q. Mar. Tremulus, & P. Cornelius Aruina</i> . Hic Cornelius benè rem gerit contra Samnites Martius in Hernicos Anagninos missus, hostem trinis exiit castris, gentem in deditionem accepit. & post triumphum statua equestris ei erecta ante ædem Castoris, <i>Liuius Plin. lib. 34.</i> Apelles & Protogenes Pictores florent. | 447 | 471 118 3 |
| 3699 | | 13 | 8 | 20 | <i>Consules L. Post. Megellus, & Ti. Minutius Augurinus</i> . Occiso Augurino dū pugnat contra Samnites, sufficitur M. Fuluius Curuus, qui reportata victoria triumphat. <i>Liuius</i> . sub idem tempus fundatæ à Seleuco in Asia ciuitates Seleucia, Laodicea, Apamia, Edesa, Bœrea, & Antiochia. | 448 | 472 118 4 |
| 3700 | | 14 | 9 | 21 | <i>Consules P. Sempron. Sophus, & P. Sulpitius Sauerrio</i> . Scribit <i>Liuius</i> antiquum fœdus hoc anno concessum Samnitibus: & Æquorum nomen à consulibus penè ad interuencionem deletum. oppida capta supra 40. <i>Diodor</i> . Demetrius soluta obsidione Rhodiensi, iterùm liberat Athenas, & Cassandrum vincit ad Thermopylas. <i>Plutar. Diodor</i> . | 449 | 473 119 1 |
| 3701 | Hagaich. | 15 | 10 | 22 | <i>Consules Ser. Cornelius Lentulus, & L. Genucius Auentinensis</i> . Si modicam excipias in Vmbria expeditionem, imbellem hi Coss. gessete magistratum <i>Liuius</i> . floret Fabius pictor Historicus, <i>Plin. lib. 35. c. 4.</i> Hagaich Dux fit Iudeorum annis 8. <i>Philo Annj</i> , Cassander sibi timens à Demetrio & patre eius Antigono, fœdus cōtrahit cū Ptolemæo & Seleuco. <i>Plutar</i> . | 450 | 474 119 2 |
| 3702 | | 16 | 11 | 23 | <i>Consules M. Liuius Dentor, & M. Amilius Pauillus</i> . Dictator creatus C. Iunius Bubulcus, qui primo congressu Æquos subegit, & die octauo rediit triumphans. <i>Liuius</i> . Demetrius pace constituta cum Cassandro, rediit ad bellum Asiaticum contra Seleucum. <i>Diodor</i> . Lex Portia renouata, ne ciuis Romanus virgis cædatur, aut occidatur nisi perduellionis reus. Tensores iam primùm Romæ è Sicilia. <i>Plin. lib. 7. cap. 4.</i> | 451 | 475 119 3 |

| Orbis. | Iudeo. | Maced. | Syria | Ægypti | 92 PERIODVS VIII. | V.C. | Olymp. |
|--------|---------|----------------------------------|-------|--------|--|------|-----------------|
| 3703 | | 17 | 12 | 24 | <i>Dictatores Fab. Max. Rullianus secundum, & Valerius Corvus secundum, sine consulibus. fracta hoc anno iterum Etruscorum opes, & pace negata, conceduntur ad biennium, induciae. Linius. pugna in Asia inter Antigonum & confederatos reges, de quibus anno V. C. 450. occubuit in acie Antigonus octogenarius ad Ipsum in Phrygia. filius Demetrius succedit Asiæ Rex. Diodorus. Iustin. & Plutarchus in Pyrrho, qui huic conflictui interfuit iuuenis admodum.</i> | 452 | 476 119 4 |
| 3704 | | 18 | 13 | 25 | <i>Consules Q. Apuleius Pansa, & M. Valerius Corvus quintum. Valerius in Æquos missus, alter in Umbria occupatur, nihil memorabile gestum. Seleucus redit in gratiam cum Demetrio Asiatico, & efficitur gener Demetrii. Demetrium quoque reconciliat Ptolemæo, quod foedus tum conubio firmatur data Demetrio filia Ptolemæi: tum misso in Ægyptum pacis obside Pyrrho, qui iure connubii Ptolemæo. ibidem iungitur, accepta in uxorem Antigone, quam Berenice Ptolemæi vxor antea ex Philippo Marito susceperat. Plutar. in Pyrrho.</i> | 453 | 477 120 1 |
| 3705 | | 19 | 14 | 26 | <i>Consules M. Fulvius iustus, & T. Manl. Torquatus. Mortuo Torquato sufficitur M. Valerius superioris anni Consul, sed nihil memorabile gessit contra Tuscos qui inducias ruperant. Pætus Victor triumphat de Nequinatibus. Tab. Capitol. Nequinum Narnia est in Umbria. Lachates Athenis tyrannis. Plutar.</i> | 454 | 478 120 2 |
| 3706 | | Philippus 1. Alexander | 15 | 27 | <i>Cōsules L. Cornelius Scipio, & Cn. Fulvius Max. Centumalus. Fulvius missus in Samnites, qui Lucanos populi Romani socios vexabant, victis hostibus triumphat. Triumphat etiam Scipio de victis Tuscis. Linius. Tab. Capitol. Cassander Macedoniae Rex die claudit, regnat filius Philippus. Diodor. Iust. lib. 16. regnatum est ab hoc Philippo, (qui breui obiit) & duobus fratribus Antipatro & Alexandro solum per quadriennium</i> | 455 | 479 120 3 |
| 3707 | | 2 | 16 | 28 | <i>Consules Q. Fabius Max. Rullianus quartum, & P. Decius Mus, tertium. Fama fuit armari totam Etruriam cum Samnitibus in Romanos. missi eò consules. cum quiescentes reperissent Etruscos mouent in Samnites, vbi prosperè pugnarunt. Linius. Demetrius Asiaticus Athenas obsidet. Plutar. Pyrrhus nunc putatur in Epirum, regnum paternum regressus. Paterculus iam regnare coepisse vult.</i> | 456 | 480 120 4 |
| 3708 | | 3 | 17 | 29 | <i>Consules Appius Claudus Cæcus secundum, & L. Voluntius Flamma secundum. Prioribus Coss. prorogatum imperium in sex menses, à quibus, & novis his consulis frequens victoria reportata contra Samnites. Linius. Demetrius Asiaticus expugnatis tandem Athenis imponit praesidium, & Lacedaemonios vincit ad Matineam & Spartam. Plutar.</i> | 457 | 481 121 1 |
| 3709. | Messor. | 4 | 18 | 30 | <i>Consules Q. Fabius Max, Rullianus quintum, & P. Decius Mus quartum. Galli, Etrusci, Umbri & Samnites collatis armis graue bellum mouent Romanis. certatur in agro Sen-</i> | 458 | 482 12 2 |

Orbis. Ind. Maced. Syria Aegypti.

| Orbis. | Ind. | Maced. | Syria | Aegypti. |
|--------|------|------------|-------|----------|
| 3710 | | Demetrius. | 19 | 31 |
| 3711 | | 2 | 20 | 32 |
| 3712 | | 3 | 21 | 33 |
| 3713 | | 4 | 22 | 34 |
| 3714 | | 5 | 23 | 35 |

tinati, in Vmbria. vbi verso in fugam à Gallis equitatu quem Decius ductabat, ipse patrem imitatus se deuouit, & sic reuocatis ad certamen fociis mansit Romanis victoria in signis. Fabius Gallos à tergo circumuentos cæcidit: *Liuius*. Fabius triumphat. Maslor Nahum dux Iudæorum annis 7. *Philo annii*. Timochares Alexandrinus vixit. *Ptolem.*

Consules L. Posthumus Megillus secundum, & M. Atilius Regulus. hoc anno rerū gestarū parū constans memoria est. scribunt tamen aliqui de hostibus anni superioris triumphatum. Demetrius suorum defectione in Asia ad Lyfimachum Thraciæ regem, (foer erat antipatri) propè desperans de rebus suis venit in Macedoniam, opem laturus regi Alexandro contra fratrem de quo supra 3706. verūm Demetrius occiso à se Alexandro potitur Macedonia, Thessalia & Sinope annis 7. *Diodor & Plutar. in Demetrio.*

Consules L. Papirius Cursor, & Caruilius maximus. Triumphat de Samnitibus papirius, & Caruilius de Etruscis. *Liuius. Zonar.* sacrata lege, hoc est iureiurando obstructi pugnarunt hoc anno Samnites cōtra Romanos. Thebas Bœoticas expugnat Demetrius, locato ibi præsidio militari. *Plutar.*

Consules Q. Fabius Max, Gurges, & D. Iunius Brutus Scæua. Fabius malè pugnat contra Samnites. sed Fabius pater damnum restituit, occisis hostium 20. millibus. *Orosius & Eutrop.* florent Euclides Magarensis, Menander poeta & Theocritus Bucolici carminis scriptor.

Consules L. Posthumus Megillus tertium, & C. Iunius Brutus Bubulcus. Fabio superioris anni consuli prorogatum imperium, qui Samnites etiam hoc anno deuicit, ducto in triumphum eorum duce. *Zonar. Florus* ab hoc historia loco libri 10. Liuii interciderunt. Diodori Siculi quoque quæ extat historia finem habet in Demetrio, qui cessat regnare anno v.c. 468. citati consules sunt quos dat Cassiodorus.

Consules P. Cornelius Ruffinus, & M. Curius dentatus. hos edit Cassiodorus. Romani suscepto Tyrthenorum patrocinio, Lucanos bis vincunt. Curtius rebellantes Sabinos compefcuit: ac demū memorabili victoria Samnites ad deditiōem compulit, sicque Samniticum bellum quod per 49 annos trahebatur, capti ducis destitutiōe finem aliquem accepit. vide tamen 3732. *Eutrop. Flor. Oros.* natum ante aliquot annos dissidium inter Demetrium & Pyrrhum. nunc Demetrius Epirum, & mox Pyrrhus Macedoniam inuadit, reportans inde nobilem victoriam, contra Demetrii ducem penteuchum. *Plutarch.*

Orbis.

459
483
121
3

460
484
121
4

461
485
122
1

462
486
122
2

463
487
121
3

| Orbis | Iudeorū | Maced. | Syria. | Aegypt. | 94 | PERIODVS 8. | V.C. | Olymp |
|-------|---------|------------------|--------|---------|----|---|------|-----------------|
| 3715 | | 6 | 24 | 36 | | <i>Consules M. Valer. Corvinus, & Q. Cæcilius Noctua.</i> Lucani iterum victi, ne sic quidem quiescunt. Demetrio aduersa valitudine oppresso Pyrrhus Macedoniae partem magnam occupat. quam postea recuperat Demetrius pace inter eos constituta. <i>Plutar.</i> | 464 | 488 122 4 |
| 3716 | Amos. | 7 | 25 | 37 | | <i>Consules Q. Martius Tremellus secundum, & P. Cornelius Aruina secundum.</i> Amos Sirach dux Iudeorum annis 14. <i>Philo annii.</i> Demetrius, parata ingenti expeditione ad recuperandum Asiae regnum, a regibus Asiae & Europa hac ex causa in eum confederatis, regnis ubique priuatur, & a suis destituitur. Macedonia partim Pyrrho mansit, partim Lysimacho Thraciae regi. <i>Plutar. Iustin. lib. 16.</i> | 465 | 489 123 1 |
| 3717 | | Lysimachus. 1 | 26 | 38 | | <i>Consules M. Claudius Marcellus, & Sp. Nautius Rutilus, ex Cassiodoro.</i> quid gesserint ignoratur. pyrrho pulso Lysimachus totam tenet Macedoniae, cui <i>Eusebius</i> , 5 dat regni huius annos, alii septem. Agathocle mortuo, Hieron. dux & filius Hieroclis, Syracusis occupat principatum. quod <i>Pausanias lib. 6.</i> notat incidisse in an. 2. Olym. 123. | 466 | 490 123 2 |
| 3718 | | 2 | 27 | 39 | | <i>Consules M. Valer. Potitus, & C. Aelius Potus.</i> Romanis foris quies, domi seditio; seditione & secessione populi facta in Ianiculum, unde reuocari non potuit nisi auctoritate Dictatoris Hortensii ad id creati. <i>Zonar. Florus.</i> deficiunt Athenienses a Demetrio, antiquata etiam lege & Epocha annorum, de qua ad annum v. c. 446. In Aegypto Ptolemæus rex legi filius aliquibus obiisse diem videtur hoc anno certe Ptolemæus Philadelphus eius filius nunc regnare incipit. hoc est anno 3. huius Olymp. si ex <i>Dionysio</i> Mathematico (qui vixit sub Philadelpho,) refert recte Ptolemæus. Verum cum <i>Eusebius</i> det Ptolemæo patri annos 40 integros, quos compleuit a morte Alexandri; non contigisse potuit eius mors ante ineuntem urbis annum 469. & in hunc eundem annum optimè consentit <i>Polybius</i> , reiiciens obitum huius primi Ptolemæi in annum primum Olymp. 124. ne autem putetur falsa retulisse <i>Ptolemæum</i> ex <i>Dionysio</i> , licebit alicui dicere, Philadelphum coepisse hoc anno urbis 467 regnare cum patre. | 467 | 491 123 3 |
| 3719 | | 3 | 28 | 40 | | <i>Consules C. Claudius Canina, & M. Aemilius Lepidus.</i> Etrusci armantur pro Lucanis contra Romanos, hortatu Tarentinorum. Demetrius armatus Asiam inuadens desertus a suis cogitur se dedere hosti Seleuco, a quo detentus obiit post triennium. interim sic cessat regnum Asiae, inde facta accessione Seleuco, qui deinceps se dominum vtriusque Syriae dixit. <i>Plutar. in Demetrio.</i> | 468 | 492 123 4 |

| Orbis. | Isd. | Maced. | Syria. | Aegypti. | PERIODVS 8. | 95 | V. C. | U. J. J. | |
|--------|------|--|--------|------------------------|--|-----|-------|----------|---|
| 3720. | | 4 | 29 | Philadel- phi. I | <p>Consules C. Servil. Geminus Tucca. & L. Caci- lius Metellus, missi ad Gallos Senonas legati Roma, ad redimendos captiuos; cæsi sunt con- tra ius gentium, bellumque hoc anno gallicum inchoatum. in primo conflictu cæsus Cæcilius Consul, fuso Romanorum exercitu. <i>Florus, Poly- b. Oros.</i> nunc obiisse Ptolemæum Ægypti re- gem, relicto vt dixi successore Philadelpho, testantur <i>Iustin. & Polyb. lib. 2.</i> hinc porrò nu- merandos esse 38 annos Philadelphi, autho- res sunt <i>Hierony. Euseb. Iosep. & Epiphanius.</i></p> | 469 | 493 | 124 | 1 |
| 3721 | | 5 | 30 | 2 | <p>Consules P. Cornelius Dolabella, & Cn. Domi- tius Calvinus. prior ex Gallici belli partâ laude dictus maximus est. hic enim ductor Romani exercitus, omnes Gallorum reliquias in Etruria ad lacum Vadimonis deleuit. sic finito gallico bello Romani Coloniam Senas deducunt, quæ vrbs Gallorum præcipua erat. & Italiæ fines, qui antea arctiores erant, ad Rubiconem producti sunt. Linius Druso, quoddam hostium ducem Drusum cominus trucidasset, nomen sibi posterisque inuenit. tunc etiam Boii cum Etruscis alterâ victoriâ fusi. <i>Caro in Origin.</i> hunc annum 2 Olympiadis notat. Polybius histo- riam auspicatur ab anno 1. eiusdem Olympi- adis. ex professo vero à primo bello Punico. Achaia excutit iugum Macedonum. Spartam tenet Demetrii filius Antigonus. <i>Euseb.</i></p> | 470 | 494 | 124 | 3 |
| 3722 | | Ptolema ² Ceraunus. I | 31 | 3 | <p>Consules C. Fabritius Luscinus, & Q. Aimi- lius Pappus. Victi iterum Galli à Romanis pa- cem petitam obtinent, quæ annis 45. durauit. <i>Polyb. lib. 2.</i> notans esse annum tertium ante aduentum Pyrrhi in Italiam. Demetrius apud Seleucum custodia detentus, moritur. Bello Seleucus, anno insequente aggreditur & oc- cidit Lyfimachum Thraciæ & Macedoniæ re- gem. mansitque sic ille successorum Alexan- dri vltimus. <i>Polybi. lib. 2. Iustin. lib. 24.</i> Verum Seleucus ditionem Lyfimachi inuadens, vix septimo mense exacto occidetur, anno regni 32. idque à Ptolemæo Cerauno, fratre regis Ægypti, qui regnum Macedoniæ occupat an- no vno <i>ex Eusebio.</i> idque statim à morte Lysi- machi, cuius soxorem matrimonio acceperat. <i>Philadelphus rex Aegypti</i> anno regni sui tertio, petit ab Eleazaro 70. interpretes. <i>Euseb.</i> vt hac sacrorum librorum versione suam quam erexit ornaret Bibliothecam. in qua tradunt aliqui fuisse ducenta voluminum millia. anno regni ferè decimo quarto, opinio est finitam versio- nem. <i>gg. c. 16. nu. 10. Notant Pausan. lib. 1. & Sira- bo lib. 13.</i> Pergami regnum in Asia nunc cœpisse in Philelæto Lyfimachi regis Eunucho, qui Pergamo vrbe & Thesauris Lyfimachi potitus, regnauit ibi annis 20. Floret Aratus poeta qui scripsit Phænomena, seu de syderibus.</p> | 471 | 495 | 124 | 3 |

| Orbis | Judaorū | Maced. | Syria. | Aegypt. | 96 | PERIODVS 8. | V. C. | Olymp. |
|-------|---------|-----------------------|--|---------|--|-------------|-----------------|--------|
| 3723 | | 2 | 32 Annus est Gracoriū 32. | 4 | <p><i>Consules L. Æmilius Barbula, & Martius Philippus.</i> Nondum finito bello contra Brutios & Lucanos, cœptum est Tarentinum nobile bellū, ob Valeriū ducem classis Romanæ trucidatum, & violatos legatos de ea iniuria expostulantes. bellum Æmilio consuli commissum. Tarentinis, Brutii, Samnites & Lucani se adiungunt. & Pyrrhus missis hoc quidem anno in Italiam copiis, causam dedit Tarentinis repudiandi pacem a Romanis oblatam. <i>Zonar. Florus.</i> In Macedonia Ceraunus (dictus sic fulmen, quòd sua ocysimè rapidèque exequeretur) Lysimachi filios crudeliter trucidat. & ipse mox à Gallis ab Illyrio irruentibus trucidatur. inde magna vicissitudo in Macedonia vt notant <i>Eusebius, Iustin. lib. 24.</i> de his anno insequente. Cæsus tandem est Seleucus vti anno præcedente notauī. successori initium dat annus insequens.</p> | 472 | 496 124 4 | |
| 3724 | | <i>Sosthenes</i> I | <i>Antiochus</i> <i>Soter.</i> I <i>Gracoriū</i> 33. | 5 | <p><i>Consules P. Valerius Lævinus, & T. Coruncanius.</i> Pyrrhus ineunte anno, nec expectato vere venit in Italiam cum Lectissimo exercitu, & 20 elephantis, non antea visis in Italia. <i>Zonar. & Pansan. in Atticis, Iustin. Eutrop. Plutar.</i> Romani sociorum oppida, ne nouis rebus studerent præfidiis firmant. Læuinus missus in Pyrrhum acriter pugnans incidit in elephantos; vbi Romanus equitatus, horrendo barritu bestiarum perturbatus ac fusus est; stetitque Pyrrho victoria, admiranti Romanorum virtutem bellicam. alteram pugnam a Læuino oblatam detrectat Pyrrhus. rem prolixè narrant <i>Zonaras. & Plutar. in Pyrrho, Florus. Oros.</i> pacem petenti Pyrrho recusant Romani, suafore appio Claudio Cæco. In Macedonia occiso vti commemorauī à Gallis Prolemæo Cerauno, Macedones regem accipiunt Meleagrum, & post duos menses Antipatrum, ac demum post dies 45. Sosthenem, qui regnat annis ferè 2. <i>Euseb. Iustin. lib. 24.</i></p> <p>Antiochus Sotet Seleucidarum secundus, imperat Syriae & Asiae annis 19. <i>Euseb.</i> circa eundem annum cœpit Achæorum fœdus, & illius reipub. iacta sunt fundamenta. quorum institutum egregium, mores & progressum, describit <i>Polyb. lib. 2. pag. Casanbon. 125. 128. 129.</i> nec ante finem belli Macedonici deuicto Perseo, & Romanis omnia occupantibus, desit hæc Achæorum respub. <i>vide an. v. c. 585. 606. & 607.</i></p> | 473 | 467 125 I | |
| 3725 | | 2 | 2 | 6 | <p><i>Consules P. Sulpicius Sauenio, & P. Decius Mus.</i> consules in Pyrrhum missi. ad Asculum pugnatur. vulneratur Pyrrhus, Elephanti interfecti. 20 millia hostium cæsa, ex Romanis 5 millia desiderata. Decium in prælio cecidisse author est <i>Cicero lib. 2. de finibus.</i> Ita <i>Eutropius, Zonaras. & Florus.</i> malè ad sequentes consules refertur à <i>Plutarcho</i> Asculana victoria, In Macedonia</p> | 474 | 998 125 2 | |

PERIODVS 8.

97

V. C. Olymp.

cedonia regnat sub finē huius anni Antigonus Gonatas, cui *Eusebius* dat 36 annos. Regressi enim ex Illyrico Galli, cæso Macedonum exercitu, Sosthenē regem occidunt. Et transgressi nō sine graui iactura Thermopylas, Delphos inuadunt. vbi cæso duce eorum Brenno secundo, ceteri partim ibidem, partim regressi per Græciam narrantur periisse omnes; frustrati sic spoliis Delphici templi quibus inhiabāt. *Iustin.* & *Pausanias.* qui notat annum 2 huius Olympiadis. Extincto Sosthene rediit regnū ad Demetrii filiū Antigonū, qui *Gonatas* dict³ est. Māsitq; Macedonia sub hac Dynastia vsq; ad *perseū* regē Macedoniae vltimū. *Pausan.* *Iustin.* & *Plutar.* in *pyrro.*

Consules C. Fabricius Luscinus secundum, & Q. Æmilius Pappus secundum. pyrhus cum amicitia populi Romani, quam expetebat non obtineret, vocatus à Siculis contra Carthaginenses, eò cōuertit arma. Interim Fabricius Brutios, Lucanos & Samnites vincit, & triumphat. *Flor.* *Eutrop.* *Zonar.* & alii. Antigonus rex Macedo, Gallorum nouum exercitum profligat, *Iustin.* alium Gallorū exercitum inuasisse Asiam hoc ipso 3 Olympiadis anno, narrat *pausanias.*

Consules P. Cornelius Rufinus secundum, & Iunius Brutus secundum. hic feliciter pugnando cōtra Samnites, Lucanos & Brutios triumphat. Rufinus Locros & Crotonē vrbes quæ defecerant munitas recuperat. *Zonar.* Pyrhus anno insequente regreditur in Italiam, post aliquoties deuictos Carthaginenses in Sicilia. *Plutar.* florēt potissimū in Ægypto sub Philadelpho demetrius Phalareus, & Aristes ille qui scripsit de 70 interpretibus. Item Poetæ Lycophron, & qui post Demetriū præfuit Alexandrinæ Bibliothecæ, Aratus Astronomus, Nicander, Junior Homerus, & Zoilus Homeri rephænsor.

Consules Q. Fabius Max. Gurges secundum, & C. Genusius Clepsina. Cū tabulæ capitolinæ tradāt Fabiū de hostibus superioris anni triumphasse, argumēto est aliquid præclare gestū à cōsule hoc.

Consules M. Curius Dentatus secundum & L. Cornelius Lentulus. Pugnāt Curius cōtra Pyrthū in cāpis Aurasinis ad Beneuentum. Romani multis occisis, & octo elephantis captis, castris etiā potiti vicerunt. Pyrhus fugit Tarentū, & indē in Epirū, Milone cum præsidio Tarenti relicto. *Zonar.* insignē ex hac victoria triūphū describit *Florus.* nihil libentius quàm turratos Elefantos populus aspexit, antea nunquam in triumpho visos.

Consules Fasti Siculi dant M. Cornel. Merendam, & M. Curium Dentatum quartum. Tarentini pacē à Romanis petunt & impetrāt. *Zonar.* Pyrhus reuersus in Epirū habito militū delectu inuadit Macedonia, & victo Antigono magnam partem Macedoniae recepit. *Pausa.* *Iustin.* Spartā etiā obsidere cœpit, sed re infecta. Matarhia Siloach dux Iud.

Consules C. Fabius Dorso Licinius tertium, & Clau-

I

| Orbis. | Iudeor. | Macedo. Syriac. | Aegypt. | V. C. | Olymp. | |
|--------|-----------|-----------------|---------|-------|--------|-----------------|
| 3726 | | 2 | 3 | 7 | 475 | 499 125 3 |
| 3727 | | 3 | 4 | 8 | 476 | 500 125 4 |
| 3728 | | 4 | 5 | 9 | 477 | 501 126 1 |
| 3729 | | 5 | 6 | 10 | 478 | 502 126 2 |
| 3730 | Masathias | 6 | 7 | 11 | 479 | 503 126 3 |
| 3731 | | 7 | 8 | 12 | 480 | 504 126 4 |

| Orbis. | Iud. | Maced. | Syria . Aegypti. | 98 | PERIODVS 8. | V. C. | Olymp. |
|--------|------|--------|------------------------|----|--|-------|-----------------|
| | | | | | <p><i>dus Cinna secundum.</i> Philadelphus Ægypti rex cognitis Pyrrhi cladibus & Romanorum incrementis, amicitiam missis legatis pepigit cū S. P. Q. R. res prosperè gestæ cōtra Sānites & Lucanos. Triumphatum esse habent fasti Capitolini. Sextilia virgo vestalis dānata incesti, viua defossa est.</p> <p><i>Consules L. Papius Cursor secundum, & sp. Caruilius Maximus secundum.</i> Audita Pyrrhi morte Tarentini se sociant Carthaginensibus. breui tamen Tarentum venit in potestatem Romanorum. Victi hoc anno Lucani & Samnites tandē se penitus dedunt Romanis, sicque finē penitus accepit bellum Samniticum. <i>Zonar. Flor. Eutrop.</i> Pyrrhus dum Spartam obsessam & iam expugnata in greditur, iactu lapidis in capite vulnerat⁹ extinguitur, sic ad Antigonū rediit integra Macedonia cū pluribus Græciæ vrbibus. In Epiro Alexander Pyrrhi filius regnum accepit ex <i>Iustino.</i></p> | 481 | 505 127 1 |
| 3732. | | 8 | 9 <i>Græc. 41.</i> | 13 | | | |
| 3733 | | 9 | 10 <i>Græc. 42.</i> | 14 | <p><i>Consules L. Quinctius Claudius, & L. Genucius Clepsina.</i> Legio Romana octaua, seu campana, data Rheginis pro præsidio contra pyrrhum, quæ per nefas cæsis ciuibus Rhegium occupauit, nunc à Genucio consule seuerè punita est. <i>Polyb. lib. 1. Zonar. & Valerius lib. 2.</i> Crates Thebanus floret. <i>Diogen.</i></p> | 482 | 506 127 2 |
| 3734 | | 10 | 11 <i>Græc. 43.</i> | 15 | <p><i>Consules C. Genucius Clepsina secundum, & C. Cornelius Blasio.</i> notant aliqui ex Capitolinis fragmentis Blasionem triumphasse de Sassinatibus in Vmbria.</p> | 483 | 507 127 3 |
| 3735 | | 11 | 12 <i>Græc. 44.</i> | 16 | <p><i>Consules Q. Ogulinus Gallus, & C. Fabius victor.</i> Lollius pro Samnitibus obses, Româ fugiēs, munitum in Samnitibus castellum occupat & latrocinari cœpit. Expugnato à consulibus loco, latro pœnas scelens dedit, & tanta pecuniarum vis Romanis accessit, vt populus tunc primūm vti cœperit nummo argenteo, <i>Zonar. Flor. & Plin. lib. 33. c. 3.</i></p> | 484 | 508 127 4 |
| 3736 | | 12 | 13 <i>Græc. 45.</i> | 17 | <p><i>Consules P. Sempron. Sophus, & App. Claudius Crassinus Rufus.</i> Picentes bellū mouerunt C. Fabio Pictore Consule, & ab huius anni Consulibus domiti sunt. <i>Eutrop. Flor.</i> Romani condunt Ariminum in Gallia, <i>Paterculus.</i> Colonia deducta triumphatum. <i>Eutrop. Flor.</i> Antigonus Rex Macedo expugnat Athenas, ibique locat prælidium. <i>Polyb. Pausan. lib. 3.</i></p> | 485 | 509 128 1 |
| 3737 | | 13 | 14 <i>Græc. 46.</i> | 18 | <p><i>Consules M. Attilius Regulus, & L. Iulius Libo.</i> inito cum Salentinis bello, in deditionem venerunt, capto etiam Brundusio, quod oppidum regionis caput nobili portu celebre est. Colonia deducta. <i>Eutrop.</i> deinde Calabria arma illata à Romanis, crimini dantibus quod Pyrrhum recepissent. <i>Zonar.</i> Mithridates Thraciæ, Misæ, Cariæ & Cappadociæ rex moritur. A quo numeratur propagatione septimus, Mithridates Rex Ponti, qui bellum gessit cum Romanis.</p> | 486 | 510 128 2 |
| 3738 | | 14 | 15 <i>Græc. 47.</i> | 19 | <p><i>Cōsules D. Iunius Pera, & M. Fabius Pictor.</i> Sassinates & Salētini rebelles, coguntur se subdere imperio populi Romani. <i>Flor. Eutrop.</i> in Sicilia hiero Hieroclitici filius potitur Syracusis. <i>Polyb. l. 1. Zonar.</i></p> | 487 | 511 128 3 |

| Orbis | Iudaorū | Maced. | Syria. | Aegyp. | PERIODVS 8. | 99 | V. C. | Olymp. |
|-------|---------|--------|-----------------------------------|--------|---|-----|-----------------|--------|
| 3739 | | 15 | 16 Grac. 48 | 20 | <p><i>Consules Q. Fabius Max. Gurges, & L. Mamilius Vitulus.</i> Vulturnenses in Etruria socii populi Romani à seruis suis nimia licentiâ & libertate donatis, ipsi in seruitutē redacti sunt: imploratur arma Romana. Cōsules victis & punitis seruis libertatem dominis restitunt pristinam. <i>Zonar.</i></p> | 488 | 512 128 4 | |
| 3740 | 10/cpb. | 16 | 17 Grac. 49. | 21 | <p><i>Consules Appius Claudius Caudex & M. Fulvius Flaccus.</i> Excitatum anno qui proximè præcessit punicū bellū, nunc susceptum est his cōs. atque annis in margine notatis. <i>ex Solino, c. 2. Tito Livio lib. 31 & tabulis capitolinis</i> (nempe annis 63 ante finē belli punici secundi), qui notat hunc annū vrbis. Olympiadem quoque hanc dat <i>Polyb. lib. 1. Gellius</i> veto anno vno abest. Durat hoc bellū annis 24. causa bellirefertur hæc. cum Carthaginēses omnia in Sicilia præter Siracusas tenerēt, Romani Mamertinis aduocātibus opē ferendā esse cōsuerunt, vt ait <i>Polyb.</i> verior causa putatur quòd Romani & Carthaginēses sibi essent suspecti, & vterque populus in ea salutē poneret, si alterum subegisset. hoc belli anno primo Claudius cōsul adfuit, & post aliquot prælia cū Carthaginēsis & Hierone, redit in Italiā. nūc primū extra Italiā Romana arma visa sunt. Ioseph. Junior dux Iud.</p> | 489 | 513 129 1 | |
| 3741 | | 17 | 18 Grac. 50. | 22 | <p><i>Consules M. Valerius Max. Messalla, & M. Otacilius Crassus. Polyb. & Zonaras</i> notant hoc vrbis anno, cū traieissent duo Consules in Sicilia, vrbes Segesten, Catanā & Messanam cepisse, alias etiā defecisse à Carthaginēsis ad Romanos, & ipsū Hieronē venisse in societate cū populo Romano; in qua vsque ad obitū per 50 annos mansisse eom scribit <i>Liuius.</i> Addit <i>Eutropius</i> 50 vrbes venisse in fidē Romanorū. Valerius à captā Messana dictus est Messalla, <i>ex Macrob. lib. 1. Saturn.</i> de his etiam <i>Plinius lib. 35. c. 4.</i></p> | 490 | 514 129 2 | |
| 3742 | | 18 | 19 Grac. 51. | 23 | <p><i>Consules L. Posthumius Megellus, & Mamilius Vitulus.</i> Consules hi cū in Sicilia venisset Agrigentū obsident. pœni fame oppressi, ad sūmam dimicationem cum venissent, victi sunt. Agrigentum in potestatem consulum venit. <i>Eutrop.</i> addit <i>Polybius</i> Erbessum oppidum quod erat horreum populi Romani, receptum.</p> | 491 | 515 129 3 | |
| 3743 | | 19 | Antio Theos. 1 Grac. 52. | 24 | <p><i>Consules L. Valerius Flaccus & T. Otacilius Crassus.</i> Nunc primū Romani, belli gerendi causā classem habuerunt, cū pœnus metu classis, vrbes Siciliae maritimas ad se attraxisset. nihil memorabile hoc an à Cōs. gestum scribit <i>Zonaras.</i></p> <p>Antiochus Theos, tertius rex Seleucidarum, regnat annis 15. <i>Euseb.</i> hic paternum tenuit regnum Asiae & Syriae, cognominatus o' theos à Milesianis, quòd Timarchum eorum tyrannum expulisset, inquit <i>Appianus.</i></p> | 492 | 516 129 4 | |
| 3744 | | 20 | 2 Grac. 53 | 25 | <p><i>Consules Cn. Cornelius Scipio Asina, & Cn. Duilius.</i> Cornelius paratā iam classe, & ad fretū venire iussa, ipse cū 17 tantū nauibus Messanā cōtendit. sed circūuētus ab Annibale capitur. Duilius ad classem cum venisset, pœnos ad Liparas classe</p> | 493 | 517 130 1 | |

| Cross. | Ind. | Maced. | Syria | egypt. | 100 | PERIODVS 8. | V. C. | Olymp. |
|--------|------|--------|----------------------|--------|-----|--|-------|-----------------|
| | | | | | | deuicit, & primus naualis victoriae duxit triumphum. Annibal vix Carthaginem incolumis tenuit. <i>Polyb. Zonar. Florus.</i> | | |
| 3745. | | 21 | 3 <i>Græc. 54</i> | 26 | | <i>Consules L. Cornelius Scipio, & C. Aquilius Florus.</i> Amilear Pœnorum dux res Carthaginensium promouet in Sicilia, & totam inquit <i>Zonaras.</i> Siciliam videbatur in suam potestatem redacturus absente Duilio nisi maturè ei, Florus obuiam iuisset. At Scipio de Pœnis, & Sardis triumphat <i>ex tab. Capitol.</i> Corsicam enim & Sardiniam vastauit, & victo ibi Annone Pœnorum duce (occisum ait <i>Valer. lib. 5</i>) nihil iam victoriae nisi Africa deesse videbatur. vt narrat <i>Florus. cætera, Frontinus & Polyb.</i> | 494 | 518 130 2 |
| 3746 | | 22 | 4 <i>Græc. 55</i> | 27 | | <i>Consules M. Atilius Calatinus, & C. Sulpitius Paterculus.</i> Feliciter hoc anno gesta res Romana à Sulpitio in Sardinia, & Atrilio in Sicilia victis utrobique Carthaginensibus, & urbibus recuperatis <i>ex Zonara & Polyb.</i> | 495 | 519 130 3 |
| 3747 | | 23 | 5 <i>Græc. 56</i> | 28 | | <i>Consules C. Atilius Regulus, & Cn. Cornelius Blasio secundum.</i> Iterum Annibal Pœnus nauali prælio victus à Romanis deseritur à suis. Consules porò Liparam & Meliten insulas subdunt ditioni Romanæ, <i>Florus, Polyb. Zonar. Oros.</i> Achæi mutatâ Reipub. gubernandæ formâ ducem instituunt, penes quem esset rerum administratio summa. <i>Polyb. lib. 2.</i> primus fuit in hoc ordine dux Geranius. | 496 | 520 130 4 |
| 3748 | | 24 | 6 <i>Græc. 57</i> | 29 | | <i>Consules L. Manilius Vulso Longus, & Q. Cæditius Cæditio</i> morienti suffectus est M. Atilius Regulus. M. ssi ambo Consules cum exercitu in Africam. feliciter omnia cessere, tum in itinere, cæsis nauali pugna ad Siciliam Carthaginensibus; tum in Africa crebris victoriis. Verum Manilio Romam, cum parte exercitus reuocato: & Xantippo Lacedæmonio duce Punici exercitus, Regulus victus est vltima pernicie, captus & coniectus in vincula. <i>Zonar. & Linius lib. 24.</i> accedunt <i>Appianus Polyb. & Orosius.</i> | 497 | 521 131 1 |
| 3749 | | 25 | 7 <i>Græc. 58</i> | 30 | | <i>Consules Ser. Fuluius Nobilior & M. Æmilius Paulus.</i> Consules cum classe 300 nauium in Africam missi, primum nauali prælio vincunt, vbi 104 naues Carthaginensium demersæ: 30 captæ, & 25 millia hominum cæsa. Deindè iterum in Aphrica ad Clupeam victi Pœni, sed Romana classis in Italiam prædis onusta remeans, naufragio nefando euerfa est. periere 220 naues. De his lege <i>Zonar. & Eutrop.</i> de fide seruata à Regulo, & submerso à Barbaris Pœnis Xantippo <i>Appianus,</i> & citati authores aliqui. | 498 | 522 131 2 |
| 3750 | | 26 | 8 <i>Græc. 59</i> | 31 | | <i>Consules Cn. Cornelius Scipio Asina secundum, & M. Atilius Calatinus secundum.</i> Scribunt <i>Polybius, Zonaras & Eutrop.</i> Consules resecta classe 300 nauium traiecisse in Siciliam, (vbi Pœni præualere incipiebant) & Panormum Pœnorum urbem vi cepisse. | 499 | 523 131 3 |

| Orbis | Iude. | Sinced. | Syria. | Aegypt. | PERIODVS. 8. | 101 | V.C. | Olymp. |
|-------|-------|---------|-----------------|----------------------|--|--|-----------------|-----------------|
| 3751 | | 27 | 9 | 32 | <p><i>Consules Cn. Servilius Cæpio, & C. Sempronius Blefus.</i> Consules è Sicilia in Africam transgressi, totam Africæ oram Maritimã depopulantur. sed cū in Syrtis impulsisset, ignota illis loca, primū onera abiecere omnia, deinde dū in Italiã redirent, 150 naues onerarias vi tempestatis coortæ amiserunt. <i>Polyb. Zonar. Eutrop. Ofor.</i></p> | 500 | 524 131 4 | |
| 3752 | | 28 | 10 | 33 | | <p><i>Consules C. Aurelius Cotta, & P. Servilius Geminus.</i> Factum S. C. ne amplius quam 60 nauium classis (ad subsidiũ Italiæ) haberetur: adeò populum commouit accepta clades. scribit <i>Polybius</i> Romanos in Africa terrore Elephantorũ percussos, hoc anno abstinuissè à prælio. tamen <i>Oforius</i> ait patres rupto decreto Cottam consulem misissè cum classe in Siciliam, atque ibi terrã marique reportasse victorias. addit <i>Zonaras</i> consulem vsũ nauibus Hieronis.</p> | 501 | 525 132 1 |
| 3753 | | 29 | 11 | 34 | <p><i>Consules L. Cæcilius Metellus, & C. Furius Pacilus.</i> Regulum captiuum Romanum nunc de pace aut captiuum commutandis missum, dissuasissè vtrunque in Senatu, scribunt <i>Oforius Eutrop. Cicero de Officijs, Zonar. & Gell. lib. 6. cap. 4.</i> Metellus Consul in Sicilia in agro Panormitano Adrubalem traicientem flumen adortus vincit, Elephantis consilio & arte in Pœnos conuersis. cæsa 20 millia hostium; interfecti 26 Elephantes, capti 104, & per Italiã pro spectaculo fuere, <i>Oforius, Eutrop. & alii.</i></p> | 502 | 526 132 4 | |
| 3754 | | 30 | 12 | 35 | <p><i>Consules C. Attilius Regulus secundum, & L. Manlius Vulso Longus secundum.</i> Romani, instaurata classe, Consules in Siciliam missi. Lelybæũ obfident. sed superueniens Annibal Amilcaris filius, obfessis adfuit, & amissã maiore parte Romani exercitus, missum ex Italiã supplementum. <i>Ofor. & Polyb.</i></p> | 503 | 527 132 3 | |
| 3755 | | 31 | 13 | 36 | <p><i>Consules P. Claudius Pulcher, & L. Iunius nullus.</i> Infaustus hic annus Romanis fuit in Sicilia, Adherbal apud Drepanum Claudio Consuli naues 93 cum victoria eripuit. Classis Romana quæ in portu Lelybetano stabat, partim capta, partim incensa. & quam ducebat pro supplemento Brurus tempestas demersit. <i>Poly. Eutrop. Ofor. Zonar.</i></p> | 504 | 528 132 4 | |
| 3756 | | 32 | 14 | 37 | <p><i>Consules C. Aurelius Cotta secundum, & P. Servilius Geminus secundum.</i> Scribit <i>Polybius</i> Romanos prioris anni naufragiis consternatos, mari abstinuissè per 5 annos. addit <i>Zonaras</i>, Consules Drepanum, & Lelybæum oppugnasse, & focias vrbes reddidissè Pœnis infestas.</p> | 505 | 529 133 1 | |
| 3757 | | 33 | 15 | 38 | <p><i>Consules L. Cæcilius Metellus secundum, & M. Fabius Bateo.</i> Fabius Columbariã insulã cepit, & obfedit Drepanũ. Pœni vexat orã Italiæ. <i>Zonar.</i> multa prælia à Romanis ad Erycẽ Siciliæ vrbe cõmissa, sed quibus ducibus Romanis, & quo euetu, nõ est memoriæ proditum, inquit <i>Polyb.</i></p> | 506 | 530 133 2 | |
| 3758 | | 34 | Selencus Cal. I | Ptolema. Evergetes I | <p><i>Consules M. Oracilius Crassus secundum, & M. Fabius Licinus.</i> Rex Aegypti Ptolemæus Philadelphus diem clausit. successit filius, Ptolemæus;</p> | 507 | 531 133 3 | |

| Orbis. | Iudeor. | Macedo. | Syriac. | Aegypt. | 102 | PERIODVS 8. | V. C. | Olymp. |
|--------|---------|------------------------|---------|---------|-----|---|-------|-----------------|
| | | | | | | dictus Euergetes quia beneficus. cui <i>Eusebius</i> & <i>Beda</i> dant annos 26. Paulò post Antiochus rex Syriæ dolo vxoris periiit. cum 15 annis regnasset. succedit regno filius Seleucus nuncupatus Callinicus. Καλλίνικος. <i>Appian.</i> & <i>Iustin.</i> lib 27. regnat annis 20. <i>Euseb.</i> Ex occasione dissidii inter Asiæ principes exoritur Parthicũ regnum, idque hac ipsa Olymp. vt notat <i>Eusebius</i> : quando Nomades, quorũ Arfaces ductor erat, Parthorum occuparũt Prouincias, præsertim, victo Seleuco Callinico. à quo tempore Arfacidarũ nomen. & annorum in ea gente Epochã obtinuit locum vsque ad Alexandrum Mammææ filium vt narrat <i>Agathius.</i> vide tom. 2. <i>Chron.</i> anno <i>Christi</i> 227. | | |
| 3759 | | 35 | 2 | 2 | | <i>Consules</i> M. <i>Fabius Buteo tertium,</i> & C. <i>Attilius Balbus.</i> populus Romanus hostium classẽ in Africò mari apud Aigimurum insulam (hodie Gallera est) in Italiam nauigantem cecidit. <i>Florus.</i> has naues Romani ad tutandã Italiæ littora habebant. tunc etiam Fregeuæ colonia deducta <i>Vellei</i> lib. 1. | 508 | 532 133 4 |
| 3760 | | <i>Demetrius.</i> I | 3 | 3 | | <i>Consules</i> A. <i>Manlius Torquatus Atticus,</i> & C. <i>Sempronius Blaesus secundum.</i> Brundisium deducta colonia <i>Paterc.</i> Moritur Macedonia Rex Antigonus dictus Gonatas. succedit filius <i>Demetrius,</i> regnat annis 10. ex <i>Polybio</i> & <i>Euseb.</i> | 509 | 533 134 1 |
| 3761 | | 2 | 4 | 4 | | <i>Consules</i> C. <i>Fundanius Fundulus,</i> & <i>Sulpitius Gallus.</i> Nihil habet apud Romanos memorabile hic annus, quod proditum sit à scriptoribus, præter apparatus bellicum in Pœnos. | 510 | 534 134 2 |
| 3762 | | 3 | 5 | 5 | | <i>Consules</i> C. <i>Lutatius Catulus,</i> & A. <i>Posthumius Albinus.</i> Classis Romana 300 nauium traiecit in Siciliam duce <i>Lutatio</i> Consule. ibi victus <i>Hannon</i> Carthaginensis ad <i>Ægates</i> insulam. submersæ hostium naues 125. captæ 63. Impulit hæc clades Pœnos ad pacem petendam. <i>Polyb.</i> <i>Zonar.</i> <i>Eutrop.</i> sic tandem res Romana summo commisso prælio superior mansit <i>Orosius.</i> | 511 | 535 134 3 |
| 3763 | | 4 | 6 | 6 | | <i>Consules</i> A. M. <i>Torquatus Atticus secundum</i> & Q. <i>Lutatius Cersò.</i> punicum bellum primum, hoc anno finitum, vrbs nempe 512. fabula nũc primũ Romæ à <i>Liuiò</i> exhibita vt omnes ferè notant. Malè <i>Cicero</i> notasse videtur annum, 514 libro de senectute, & de oratore, præsertim cum addat datam hanc in theatro comœdiã annis 30 ante consulatum <i>Fabii Qui</i> tamen Consul fuit anno V. C. 540. Caterum leges huius pacis, quas inquit <i>Liuius,</i> <i>Amilcar</i> mœrens accepit, hæc fuere. pœni Sicilia, & omnibus insulis quæ inter Italiam & Africam sunt excedunt. duo millia, & 200 talenta, in annos 20 pendunt; in præsens mille. captiuos Romanos sine pretio reddunt. & quædam aliæ minoris momenti. ita <i>Polyb.</i> <i>Eutrop.</i> & <i>Liuius</i> lib. 21, ait sic Pœnos factos vestigales. | 512 | 536 134 4 |
| 3764 | | 5 | 7 | 7 | | <i>Consules</i> C. <i>Claudius Censò,</i> & M. <i>Sempronius Tuditanus.</i> Sopito bello Punico primo, aliud pe- | 513 | 537 135 1 |

| Orbis | Judco. | Maced. | Syria | Ægypt | PERIODVS VIII. | 103 | P.C. | Orbis |
|-------|--------|--------|-------|-------|--|-----|------|-------|
| | | | | | riculosum Carthaginensibus illatum est à vicinis Africanis. Cui bello <i>Polybius</i> dat ferè quadriennium, <i>Linus</i> quinquennium. Nunc diè clausit Eumenes pergami rex. Succedit Attalus cognatione proximus, cui <i>Linus</i> dat regni annos 44. Alii vno minus hic postea socius fuit populi Romani, & Romanis adfuit in bello contra philippum Macedoniæ regem <i>Strabo li. 13.</i> Circa hos annos cessante proclidarum familia cœpit Lacedæmon vnum tantum regem habere <i>qq. cap. 8.</i> | | | |
| 3765 | | 6 | 8 | 8 | <i>Consules C. Manilius Turrinus, & Q. Valerius Falto.</i> his Coss. Valentia colonia deducta. <i>Paterc. lib. 1.</i> Leonidas Cleonymi filius moritur. Succedit rex Leonidæ filius Cleomenes, cui Plutarchus in eius vita dat annos regni 16, huic dissidiū mox erit cū Achæis, obtēplū Mineruæ. | 514 | 538 | 135 |
| | | | | | <i>Cōsules P. Valerius Falto, & T. Sēpronius Gracchus.</i> Post 45 annorum pacem inquit <i>Polyb.</i> Gallorū cū Romanis; succedit bellum Gallicū Cispalinorū, & Boiorū. <i>Orosius, Zonaras, & alii.</i> ac primū tria Romanorum millia ceciderunt, mox nouo conflictu cæsa 14. millia Gallorum. <i>Orosius.</i> addit <i>Zonaras</i> Ligustinum bellum exortū, contra Ligures illos qui Alpium iuga incolebāt: & Sardinia, nunc in Romanorū venisse potestatem, quod incolæ Romanos mercatores mari dicerentur populari. Ennius nascitur anno 3 post finē belli Punico primi; & post 30 annos inchoatos sōniat: scilicet anno 704 à morte Homeri, de qua dixi ad annum 3092. lege Ennium primo Annal. & ibidē Merulam, vbi hanc 700 circiter (vt loquitur Eunius) annorū Chronologiā Ennianam, rectē Merula ad Homerum, & nō ad Palilia retulit. Verba Ennii sunt hæc, 700 sunt Paulo plus vel minus anni. | 515 | 539 | 135 |
| 3766 | | 7 | 9 | 9 | <i>Consules L. Cornelius Lentulus, & Q. Fuluius Flaccus.</i> Consules armati hoc primū anno trans Padum Romanas ducunt legiones, inquit <i>Entropius;</i> & in pugna cum Insubribus & Liguribus, desiderata sunt hostium 13 millia. Adde <i>Zonarā.</i> Narrat <i>Iustinus,</i> Alexandrū Epiri regē, Pyrthi filium, nunc diè obiisse. Breui extinctis duobus Alexandri filiis, Ptolemæo & Pyrtho, cessauit Æacidarum Dynastiæ sexus virilis in Epiro. Amilcar laudatus militiæ Dux, res Carthaginensium restituit intra Africam cumulatē <i>Polybius.</i> | | | 3 |
| | | | | | <i>Consules P. Cornelius Lentulus Candinus, & C. Licinius Varus.</i> Minas belli Gallorū hoc anno in Romanos, cōpescuit tumultus inter inter ipsos exortus. Lentulus Consul exercitum ducens in Ligures victoriā potitur, & hostem oppidis aliquot multat. de Corsica insuper motus aliqui. <i>Zonar. Poly. Entrop.</i> | 516 | 540 | 135 |
| 3767 | | 8 | 10 | 10 | <i>Consules T. Manilius Torquatus, & C. Attilius Balbus.</i> Sardinia quæ nunc suasu Carthaginensium defecit à Romanis, recuperata est à Tor- | | | 4 |
| | | | | | | 517 | 541 | 136 |
| 3768 | | 9 | 11 | 11 | | | | 1 |
| | | | | | | 518 | 542 | 136 |
| 3769 | | 10 | 12 | 12 | | | | 2 |

| Orbis | Indeorū | Maced. | Syria. | Aegyp. | 104 | PERIODVS 8. | V. C. | Olymp. |
|-------|---------|-----------------------|----------|--------|-----|--|-------|-----------------|
| | | | Græ. 78. | | | quato Consule, & redacta in formam prouinciæ & post triumphum cum Romani bellum non haberet, clausum est Iani templum, quod à Numa huc vsque non acciderat. nec vnquam antea nisi sub Numa semel. <i>Plutar. in Numa. Linius lib 1. Velleius lib. 2. Eutrop. & Orosius.</i> | | |
| 3770 | | Antigon- nus. I | 13 | 13 | | <i>Consules L. Post. Albinus, & Sp. Caruilus Maximus.</i> Sardes, Corfos & Ligures defecisse hoc anno scribit Zonaras. tres missi in hos sunt exercitus. feliciter, licet non facile triplex reportata victoria: nec sine triumpho. <i>Zonar.</i> Rex Macedoniae Demetrius moriens, filio suo Philippo successoris regni tutorem reliquit nepotem suum Antigonnem. qui <i>Dofon</i> cognominatus est, quod esset inquit <i>Plutarchus</i> , ditior pollicitis quam donis. verum nobilium regni consensu iussus est, uti merita eius postulabant, regis nomen assumere. idque tenuit inquit <i>Eusebius</i> annis prope 15. Alii aliter ex <i>Polybio</i> . | 519 | 543 136 3 |
| 3771 | | 2 | 14 | 14 | | <i>Consules Q. Fabius Maximus Verrucosus, & M. Pomponius Matho.</i> Consules hoc anno compescunt rebellantes hostes, Fabius quidem Ligures, & Pomponius Sardos, reportata ad triumphum insigni victoria. <i>Zonar. Plutar.</i> Scribit Zonaras, Romanos misisse Carthaginensibus hastam & Caduceum, ut alterum eligerent, nempe vel bellum vel pacem: & dum Pœni Romanis eam relinquunt optionem, suspensa res mansit hoc anno. <i>Zonar. & Gelli. lib. 10. c. 28.</i> | 520 | 544 136 4 |
| 3772 | | 3 | 15 | 15 | | <i>Consules M. Æmilius Lepidus & Publicius Malcolus.</i> Etiam hoc anno missi in Sardos nondum quiescentes sunt consules. magna à Sardis ab acta præda, quæ tamē Corfi mox eripiunt. <i>Zonar.</i> | 521 | 545 137 1 |
| 3773 | | 4 | 16 | 16 | | <i>Consules M. Pomponius Matho secundum, & C. Papirius Maso.</i> Narrat <i>Dionysius lib. 2.</i> primū hoc anno Romæ inter virum & vxorem factum diuortium. Corfi & Sardi tandem hoc anno subacti leguntur à consulibus. | 522 | 546 137 2 |
| 3774 | | 5 | 17 | 17 | | <i>Consules M. Aimilius Barbula, & M. Iunius Pera.</i> Galli Boii, qui dictam hodiè Longobardiam incolabant, bellum cogitare depræhensi sunt. sed præuenti improviso à consule, amicitiam simulant, sicque eandem simulantes Romani, per Gallorum agrum transeunt in Ligures. <i>Zonar.</i> | 523 | 547 137 3 |
| 3775 | | 6 | 18 | 18 | | <i>Consules L. Posthumius Albinus secundum, & Cn. Fuluius Centumalus.</i> Illyricum bellum geritur hoc præsertim anno, missis consulibus in Epirum cui præerant Illyrii, qui mercatores Italicos erant prædati. ibi capta vrbs Apollonia à consulibus, & Regina Teuca quæ nomine filii pueruli imperabat, facta est vestigalis Romanis. Dirachium (Durazzo) venit in fidem populi Romani. <i>Zonar. Flor. Polyb. lib. 2.</i> Cleomenes Spartaë Rex, occisus à se | 524 | 548 137 4 |

| Orbis | Iudeorum | Maced. | Syria. | Aegypt. | PERIODVS 8. | 105 | V. C. | Olymp. | |
|-------|----------|--------|--------|---------|---|-----|-------|--------|---|
| 3776 | | 7 | 19 | 19 | Ephoris regnat cum fratre, & veterē Reipub. formam à Lycurgo institutam restituit. <i>Polyb. lib. 2. Pausan. lib. 8.</i> <i>Consules Sp. Caruilus Max. Raga, secundam, & Q. Fabius Max. secundum.</i> Triumphatum esse de Illyriis, ad hunc annum colligit Sigonius. Romani missis legatis, certiores huius de Illyriis victoriæ Græcis gratæ, reddūt Achæos Athenienses & Corinthios. <i>Polyb.</i> Amilcari occiso in Hispania, substituitur Asdrubal gener, qui loceti gloriam æquauit, annis 8, quibus illi prouinciæ præfuit. <i>Polyb. lib. 2.</i> | 525 | 549 | 138 | 1 |
| 3777 | | 8 | 20 | 20 | <i>Consules P. Valerius Flaccus, & M. Attilius Regulus.</i> Inter Gallicum & Illyricum bellum additi duo Pretores. Additos autem vt in Sicilia & Sardiniam nouas prouincias mitterentur, tradit, <i>Pompo. de Orig. iuris.</i> | 526 | 550 | 138 | 2 |
| 3778 | | 9 | 21 | 21 | <i>Consules M. Valerius Messalla, & Apustius, Fullo.</i> In Syria regno Seleucidarum, patri Callinico succedit Seleucus nuncupatus Ceraunus, ὁ Κεραυνός. Huic <i>Eusebius & Sabell.</i> dant triennium. Appianus tantum biennium, Mithridates regnat apud Parthos. <i>Iustin lib. 4.</i> | 527 | 551 | 138 | 3 |
| 3779 | | 10 | 22 | 22 | <i>Consules L. Æmilius Pappus, & C. Attilius Regulus.</i> Bello Gallico nouo cisalpino, occasio fuerunt pulsi Galli Senones ex agro Piceno ante 5 vel octo annos. Hi enim nunc aduocantes secum Insubres Gallos, & eos insuper qui trans Alpes ad Rhodanum sedes habebant, irrupunt in Etruriam. Ingens Gallorum exercitus fuisse dicitur. Romani quoque numerabant, si vera narrat <i>Plinius lib. 3.</i> equitum 80 millia; peditum 700000 millia ex sola Italia, & sine transpadanis. Conclufi Galli inter duos Consulum exercitus vincuntur, periere duorum reges. Occiderūt Romani hostium 40 millia, ceperunt 10 millia. <i>Plin. lib. 3. c. 20. Polyb. flor. , Zonar. Eutrop.</i> In Asia Attalus ope Gallorum partem regni amissam recuperat, & Cleomenes Spartiata Achæos egregiè exercet, vexatque. <i>Polyb.</i> | 528 | 552 | 138 | 4 |
| 3780 | | 11 | 23 | 23 | <i>Consules T. Manilius Torquatus secundum, & Q. Fuluius Flaccus secundum.</i> Consules continuato in Gallos bello, Boios in fidem acceperunt. <i>Polyb.</i> & nunc primùm (superato Pado) itum esse cōtra Insubres scribit <i>Zonaras.</i> Addit etiam <i>Orosius</i> victos. | 529 | 553 | 139 | 1 |
| 3781 | | 12 | 24 | 24 | <i>Consules C. Flamminius, & P. Furius Philus.</i> itum iterum in Gallos Insubres, fusi hostes. <i>Orosius</i> narrat cæsa octo hostium millia, capta 17 millia. reuocauit quidem Senatus consulē Flaminiū, ipsa acie iam instructa datis literis, quod vitio creatus & inauspicatō diceretur: quas tamen non prius aperuit quàm fudisset barbaros. & quia contemptis auspiciis pugnauit, consulatu abire iussus est. <i>Plutar. in Marcello. Oroso. Linius li. 21.</i> Occiso à conspiratoribus Seleuco in expeditione suscepta contra A tra- | 530 | 554 | 139 | 2 |

| Orbis. | Iudeorum | Maced. | Syræ. | ægypt. | 106 | PERIODVS 8. | V. C. | Olymp. |
|--------|----------|-----------------|-------|------------------|-----|---|-------|-----------------|
| 3782 | | 13 | 2 | 25 | | <p>lum Pergami regem; Antiochus Seleuci frater (vti narrat <i>Iustinus</i>) Rex Syriæ renuntiat, regnatque annis 36, ex <i>Euseb.</i> vide Historiã apud <i>Sabell. Ennea 4. lib. 9. & Polyb. lib. 4.</i> qui notat vocatum magnum, ob insignes victorias contra Medos & Parthos.</p> <p><i>Consules Cn. Cornelius Scipio Caluus, & M. Claudius Marcellus.</i> Qui spolia Ioui suspēdit. ad quod alludit <i>Virg. lib. 6.</i> Galli enim accisis opibus pacem petentes, ad certamen compulsi sunt. in quo supremo prælio victi, se Romanis dederunt, captis Coma & Mediolano, quod Insubrium caput erat, ex <i>Polyb. Zonar.</i> à Marcello Virдумarus Rex occisus, & Regis spolia stipiti imposita triumphans humeris vexit <i>Eutrop.</i> addit <i>Plutarchus in Marcello,</i> Consulem marcellũ hæc spolia in prælio vouisse Ioui Feretrio. Hunc Virдумarum, Gessetarum, vt ait <i>Orosius;</i> esse Germanorum regem, accipit, hic Sigonius. Annibal Amilcaris Barchæ filius adhuc iuuenis, in pretio esse incipit apud Carthaginenses.</p> | 531 | 555 239 3 |
| 3783 | | Philippus 1. | 3 | 26 | | <p><i>Consules P. Cornelius Scipio Asina, & M. Minutius Rufus.</i> Istris hoc anno bellum illatum est. qui prædati erant naues Romanorum quæ frumētum vehebant. subacti omnes sunt, quãuis non modico Romanorum sanguine. <i>Oros. Zonar. Eutrop.</i> Philippus Rex Macedoniæ regnare incipit, filius Demetrii. notat enim <i>Polyb.</i> Antigonum tutorem obiisse hac Olympiade. Quod non potest cōmodè exponi nisi de anno eius Olymp. quarto. attigit hic princeps regni annum 42 ex <i>Eusebio.</i> Historiam habent <i>Polyb. lib. 2. & Iustin. lib. 29. vide annum V. C. 519</i></p> | 532 | 556 139 4 |
| 3784 | | 2 | 4 | Philopator. 2 | | <p><i>Consules L. Veturius Philo. & C. Lutatius Catulus.</i> Annibal Amilcaris Barchæ filius succedit Afrubali in Præfectura Hispaniæ. <i>Polyb. lib. 2 pag. 123. Casaubon.</i> Romani dum per cōsules compescunt rebellantes Istros, etiam vicinas nationes subdunt Romano imperio, <i>Zonar.</i> In Ægypto Rex Euergetes, vna cum vxore & filio vno occiditur. cædis author fuit Ptolemæus alter filius, dictus illinc per ἀντίφρασιον, Philopator, regnatque annis 17. ex <i>Eusebio, Tertul. & Clem. Alex.</i> At vero <i>Plinius lib. 7.</i> Triphonem vocauit. Antiochus Syriæ Rex inferiorem Syriam quam occupauerat Euergetes recuperat: & Tyro, Ptolemaide aliisque ciuitatibus potitur. <i>Polyb. lib. 4 & 5.</i></p> | 533 | 557 140 1 |
| 3785 | | 3 | 5 | 2 | | <p><i>Consules M. Linius Salinator, & L. Æmilius Paulus secundum.</i> Annibal ineunte vere obsidet Saguntum, & mense octauo expugnatur. Discrepant de huius casus anno Græco & Romano scriptores, <i>Polybius, Plinius, & Onuphrius.</i> Nec magis conuenit inter recentiores. Nos hic damus vrbis & Iphiti annum probabilem plerisque, & primis vrbis & Iphiti Epochis cōsentiētem. Missi hoc anno consules in Illyrios</p> | 534 | 558 140 2 |

| Orbis | Iudeorum | Maced. | Syria. | Aegypti. | | V.C. | Olymp. |
|-------|----------|--------|-----------------------|----------|---|------|-----------------|
| 3786 | | 4 | 6 <i>Grac. 95.</i> | 3 | <p>qui audito Pœnorum motu, Illyrica oppida Romanis subiecta vastabant. sed domiti illi à Consulibus in deditiōnem Romanorum venerunt. <i>Polyb. Zonar.</i></p> <p><i>Consules P. Cornelius Scipio, & T. Sempron. Tuditanus.</i> Hic Scipio pater est Scipionis Africani. Punicum bellum secundū nunc inchoatum his Coss. & anno hic notato, quamvis de anno, vt iam commemoravi, varient antiqui scriptores, rectè vt opinor Liuius notat cœptū anno 23, à finito primo bello punico. omnes quidem hos cōsules dant. Solinus quoque dat annum vr̄bis 535. Hinc habes Olympiadem coherentem. Annibal subacta magna parte Hispaniæ, in Italiam transgressus, Cornelium Consulem ad Ticinum, & Sempronium ad Trebiam acie fudit. Boij etiam sollicitatis Insubribus deficiunt. <i>Polyb.</i> In finibus Palestinæ inter Syriæ & Ægypti Reges pugnatum est. victo Antiocho, Philopater sibi ereptas Syriæ ciuitates recuperat: nec abstinet à Iudæis, eorumque templo <i>Polyb.</i></p> | 535 | 559 140 3 |
| 3787 | | 5 | 7 <i>Grac. 96.</i> | 4 | <p><i>Consules Cn. Seruilius Geminus. & C. Quinctius Flamminius secundum.</i> Feliciter quidem hoc anno res cecidit Romanis in Hispania, victoribus passim duobus Scipionibus. Cn. Scipio punicam classē quæ ad Iberi fluminis ostia stabat, profligat; & tota illa ora maritima potitur. Populi amplius 120 pacem petunt. obsides qui Sagunti tenebantur redditi. <i>Liuius. Polyb.</i> At vero in Italia passim vincebat Annibal. Flamminius Consul, qui Arimini Magistratum inuit, occurrens ad Lacum Trasimenum Annibali, collatis signis amisso exercitu occisus est: Paucis post diebus quatuor equitum millia ab Annibale circumuenta. <i>Liuius. Plutar. Valer. lib. 1. & alij.</i> vr̄be trepidante Dictator est dictus. Q. Fabius Maximus, idque nouo exemplo per populum, absente consule, cuius hæ partes erant. Hic hostem insecutus & hosti præfens à pugna abstinet, sicque cūctando rem Romanam propè collabentem tandem restituit: vt fusè narrat <i>Liuius. Ouidius in Fastis</i>, victoriam ad Trasimenū dicit incidisse in 23 Iunij. scribit <i>Tacitus</i> Cremonam & Placentiam, vr̄bes nunc erectas à Romanis.</p> | 536 | 560 140 4 |
| 3788 | | 6 | 8 <i>Grac. 97.</i> | 5 | <p><i>Consules L. Aemilius Paulus secundum, & C. Terentius Varro.</i> Hic annus Canensis pugniæ est. ambobus Consulibus cum Annibale bellum decretum, propè Cannas vicum Apuliæ Dauniorum, castra posita. & cūm Annibal cibi inopia qua laborabat potuisset sine prælio vinci, Varronis temeritate pugniæ datum signum est. ingens si vnquam Romanis clades accidit. Paulus consul occubuit, cum 40 Romanorum millibus, senatoribus 80, & aliorum ordinū multis. Varro cum 50 equitibus Ve-</p> | 537 | 561 141 1 |

| Orbis. | Indco. | Maced. | Syria | Ægypt. | 108 | PERIODVS VIII. | V. C. | Olymp. |
|--------|--------|--------|-------|--------|-----|--|-------|-----------------|
| | | | | | | <p>nusium profugit, quo multi alij incolumes peruenerunt & cogitantes relinquere Italiã retinuit P. Scipio Trib. mil. adolescens. alij ab Annibale circumuenti: defecerunt ad Annibalem plurimi, Appulorum & Samnitum pars, Galli omnes, Brutij, Tarëtini, & ora Græciæ maritima. His Romæ auditis iuniores ab anno 17. vocantur ad militiam. vetera hostium spolia templis detracta, porticibusque, seruorũ delectus habitus. his fretus M. Iunius Pera Dictator cum 25. millibus armatorũ ex vrbe proficiscitur. Marcellus aliundè exercitum in agrum Nolannm ducit, Annibal Capuæ recipitur. & in agro Nolano cõgressus cum Marcello, tunc primũ à Romanis fugatus est. cœpitque pœnus miles campana luxuria enervari, <i>Liuius</i>. Interim à Scipionibus res benè gesta in Hispania. Asdrubal Annibalis frater qui parabat traicere in Italiam victus à Romanis, nullibi in Hispania tutus consistebat. ciuitates Romanis iunctæ sunt, <i>Liuius</i>. pugnam Canensem consignant <i>Gellius & Macrob. ad 2. Augusti</i>: tamen <i>Polyb. lib. 4.</i> subindicat verum tẽpus à quibus proindè varius Olympiadis annus dari debet: floret Eratosthenes Philosophus Græcus. <i>Euseb.</i></p> | | |
| 3789 | | 7 | 9 | 6 | | <p><i>Consules Q. Fabius Max. Verucosus tertium, & Tit. Sempronius Gracchus</i>. Hos dant <i>Entrop. & Casiodorus</i> at <i>Liuius</i> edit L. Posthumium Albinum tertium. nempe Albino cæso in Gallia Cisalpina suffectus est Fabius. Philippus Rex Macedonum inclinato ad Pœnos animo, agit de fœdere cum Annibale Sempronius Consul Cumas Campaniæ urbem contra Annibalẽ egregiè tuetur. repulsus Annibal Nolam inuadit à M. Marcello defesã. vbi Annibal duobus præliis à M. Marcello victus & fugatus est. õnis propè Hispania ad Romanos defecit: res Siculiæ ad pœnos inclinata mortuo nunc Hierone. <i>Liuius, Entrop. Florus</i>. sic Marcellus docuit vinci posse Annibalem. & tum ipse audendo, tum Fabius cunctando Romanis Imperium in Italia conseruarunt <i>citati authores</i>.</p> | 538 | 562 141 2 |
| 3790 | | 8 | 10 | 11 | | <p><i>Consules Q. Fabius Max. Verucosus quartum, & M. Claudius Marcellus tertium</i>. Hoc anno Tib. Gracchus proconsul, pugnat feliciter ad Beneuentum contraannonẽ pœnorum ducem, & seruos, quorum opera vsus est donat libertate: Consules Casiliũ urbem recuperant, cum iterũ hoc anno Marcellus prosperè decertasset cum Annibale. Missus deindè in Siciliam, ne Syracusas nunc reciperet, vnus Archimedis industria prohibitus est. In Hispania Castulo vrbs à Romanis recepta, instauratur Sagũtus. & Pœni ad Mundam victi, <i>Liuius</i>. Apolloniatum vrbs quod nollet à Romanis deficere, vexata à Philippo Macedonũ rege, implorat Romanã opẽ, & missio M. Valerio Læuino fugatur Philippus. <i>Liuius.</i></p> | 539 | 563 141 3 |

| Orbis | Ineorum | Maced. | Syria. | Aegypt. | PERIODVS 8. | 109 | V. C. | Uxor |
|-------|---------|--------|--------|---------|--|-----------------|-----------------|------|
| 3791 | | 9 | 11 | 8 | <p><i>Consules Q. Fabius, Verrucosus Consulis F. & Ti. Sempronius Gracchus secundum.</i> Annibal in agro Tarentino æstare consumit, spe proditiōnis. Marcello in Sicilia, & aliis alibi prorogatum imperium. Syphax Numidarū Rex pertractus est à Scipionibus in amicitiam populi Romani. bellum vñdecunq̄ue in Annibalem consulibus mandatum. <i>Linus. Appianus.</i></p> <p><i>Consules Appius Claudius Pulcher tertium, & Q. Fulvius Flaccus.</i> Syracusæ captæ à Marcello anno. 3. quàm cœperat obsideri, & huius belli punici septimo. Occisus ibi Atchimeddes. In Hispania Scipiones à Mercenariis Celtiberis deserti, (propè cum toto exercitu) cæsi sunt, anno 8 quàm iuerant in Hispaniam. At L. Marcus eques Romanus collectis exercitus reliquis bina hostium castra cepit, cæsi 37 millibus, non sine ingenti præda. <i>Linus. Flor. Appianus.</i> Annibal æquo Marte ad Capuam pugnat cum consulibus. & alibi vario Marte in Italia certatur, sumptum de Publicanis supplicium, qui naufragia mentiti erant.</p> <p><i>Consules P. Sulpitius Galba, & Cn. Fulvius Centumalus.</i> Marcello in Sicilia prorogatum imperium. P. Scipio P. Scipionis qui interierat filius, 24 natus annos, extra ordinem Proconsul missus est in Hispaniam. quod reliqui omnes imperium recusabant post occisos Scipiones, duo fulmina belli, <i>ut ait Cicero.</i> M. Lævinus cum ætolis, & attalo rege Asiæ, societatem firmat aduersus Philippum. Annibal qui frustra tentauit soluere obsidionem Capuæ, frustra etiam inde venit in conspectum vr̄bis, positus ad Anienem castris, tertio ab vr̄be lapide. inde in Lucanos & Rhegium contendit. Capua in potestatem venit Romanorum. Senatus Campanorum supplicio affectus, & Capua libertatem amisit. <i>Linus.</i> De ludis Apollinaribus institutis vide <i>Sigon. ad an. 541.</i></p> <p><i>Consules M. Claudius Marcellus quartum, & M. Valer. Leuinus secundum.</i> Agrigentum, & Sicilia insula tota nunc venit in Romanorum potestatem. P. Scipio in Hispania potitur Carthagine noua, & rem passim benè gerit. Marcellus Salapiam Annibali familiarem vr̄bem proditiōne recipit, & varia in Sānitibus oppida expugnat, tandem ad Numitionem cum Annibale pugnat feliciter, & hostem insequutus vexat leuibus prælijs, inquit <i>Linus, Plutar. in Marcello.</i> Philopater Ægypti Rex ab Antiocho Syriæ rege vincitur, & sic ad Antiochum rediit Iudæa. <i>Euseb.</i></p> <p><i>Consules Q. Fabius Maximus quintum, & Q. Fulvius Flaccus quartum.</i> Fabius Consul Tarentum proditiōne arteque punica recipit; quando Annibal dixit, Romanos suum etiam habere Annibalem. Marcellus Annibali ad Canusium occurrit. bis pugnatum, Annibal priore pugna,</p> | 540 | 564 141 4 | |
| 3792 | | 10 | 12 | 9 | | 541 | 565 142 1 | |
| 3793 | | 11 | 13 | 10 | | 542 | 566 142 2 | |
| 3794 | | 12 | 14 | 11 | | 543 | 567 142 3 | |
| 3795 | | 13 | 15 | 12 | 544 | 568 142 4 | | |

| Orbis. | Iudeorum | Maced. | Syria. | Aegypt. | 110. | PERIODVS 8. | V.C. | Olymp. |
|--------|----------|--------|--------|---------|--|------------------|-----------------|--------|
| 3796 | | 14 | 16 | 13 | <p>Marcellus altera superior euasit. hostis in Brutios contendit declinans à Marcello, hoste molestissimo. <i>Linus.</i></p> <p><i>Consules M. Claudius Marcellus quintum, & T. Quinctius Crispinus.</i> Sulpitius Galba proconsul bellum gerit aduersus Philippum Macedonē & Achæo. <i>Linus.</i> Consules copias coniungunt non longè à Venusia, qui è castris egressi tum paucis equitibus speculandi causa, ab Annibale circumuenti sunt. cæsus Marcellus, alter lætali vulnere accepto fuga euasit. accidit Romanis perincommodè Marcelli interitus. <i>Plutar. in Marcello. Linus.</i> qui narrant eodem tempore à M. Valerio Leuino fusam Carthaginensium classem. His Coss. Iudi Apollinæ lege mandantur in statū diem, hoc anno urbis & hac Olympiade: cū antea tantū soliti essent voueri in annos singulos. dies dictus in perpetuum 3. Non. quinctiles <i>Linus Deca. 3. lib. 7.</i></p> | 545 ⁹ | 569 143 1 | |
| 3797 | | 15 | 17 | 14 | <p><i>Consules M. Claudius Nero, & M. Linus Salinator secundum.</i> Fuit hic annus Romanis vbique faustus. Asdrubal collecto exercitu tandē venit in Italiā, copias cū Annibale coniuncturus. Asdrubali <i>Linus</i> in Gallia opponebatur: Annibaldi <i>Claudius</i> in Apulia. Hic interceptis Asdrubalis ad fratrem literis, relinquēs partem exercitus in castris Annibaldi oppositis, clam cū reliquo exercitu, magnis itineribus sex diērum socio se iūxit, & ad Senā urbē cōgressi ambo cōsules cum hoste, Asdrubalem occiderunt delecto penitus eius exercitu. <i>Claudius</i> in sua castra regressus, primus quod acciderat Annibali renunciarī fecit. ille dolore & periculi magnitudine consternatus recepit se in Brutios. & vix postea pugnandi copiam fecit <i>Linus.</i> decretus vtrique cōsuli triūphus. In Hispania ad Befulā <i>Scipio</i> magna occidione deleuit exercitum Magonis & alterius Asdrubalis filij Gisconis. Duces etiam ipsos vltra Gades fugauit, tunc Masinissa Numida, cum <i>Scipione</i> & populo Romano societatem iniuit. ad hunc porō annū notant aliqui, eas quas in agro Carthaginensi fecit <i>M. Valerius Læuinus</i> populationes, quando insuper in reditu classem Punicam fudit, captis nauibus 17. depressis quatuor.</p> | 546 | 570 143 2 | |
| 3798 | | 16 | 18 | 15 | <p><i>Consules Q. Cæcilius Metellus, & L. Veturius Philo.</i> Subacta à <i>Scipione</i> tota Hispania, pulsisque inde Pænis, <i>Scipio</i> in Africam trajiciens contraxit iterum nomine Reip. amicitiam cum Syphace & Masinissa. regressus incidit in morbum: sed vbi conualuit Mandonium & Indibilem, qui res nouas moliebantur compefcuit, <i>Linus.</i> breui redibit in Italiam ad consulatū. Annibal hoc anno quiescit, nec fratris percussus, nec multum à Romanis lacessitus, non triumphauit <i>Scipio</i>, quia nondum</p> | 547 | 571 143 | |

| Orbis | Indo. | Maced. | Syria. | Aegypt. | | 636 | 5333 |
|-------|----------|--------|--------|---------|--|-----|----------|
| | | | | | <p>triūphabāt ob res gestas qui magistratū nō gesserunt. vide Marcellinū lib. 25. de iure triūphandi.</p> <p><i>Consules P. Cornelius Scipio & P. Licinius Crassus dines.</i> Bellum quod in Hispania excitarūt Mādonius & Indibilis repressum est à proconsulibus Manlio & Lentulo, Indibilis cæsus in acie, alter Romanis deditus. Scipioni decreta Sicilia & Africa, in Sicilia (post excursionē in Brutios vbi Locros capit) parat expeditior ē in Africam. Syphax deficit à Romanis & Masinissā regno pellit. <i>Linus.</i> Crasso obtigit Annibal in Brutijs, vbi nihil memorabile gestum est;</p> | 548 | 572 |
| 3799 | | 17 | 19 | 16 | <p><i>Grac. 108.</i></p> | | 143 4 |
| 3800 | Hircanus | 18 | 20 | 17 | <p><i>Consules M. Cornelius Cethegus, & P. Sēpronius Tuditanus.</i> Scipio (cui in annū prorogatū est imperium, vt Crasso in Brutijs) in Africā traiecit; & Vticam à se obsessam cogitur relinquere aduētū Asdrubalis & Syphacis, qui prope 100 millia armatorū ductabant. Adfuit Scipioni Masinissa cum ducentis equitibus. Sēpronius consul cum Annibale conflixit, primo certamine pulsū Romani: postero die cum in aciem cōsul descēdisset fudit fugauitque Pænos. <i>Linus. Appianus.</i> nec postea quicquā memorabile gessit in Italia Annibal. Lapis quē incolæ matrē deorum vocabāt, legatis Romanis per Atalū Asię regem traditur, Romā deportatur, & ludi Megalēses ei primū instituti, vt fierēt pridē Idus Aprilis. <i>Linus, Macrob.</i> Hircanus Dux Iudæorū annis 16. <i>Ann. philo.</i> Florent Cethegus suadæ medulla, Plautus, & Næuius qui carmine scripsit primum bellum Punicum</p> | 549 | 573 |
| | | | | | <p><i>Grac. 109.</i></p> | | 144 1 |
| 3801 | | 19 | 21 | 20 | <p><i>Prolemens. Epiphanes.</i></p> <p><i>Grac. 110.</i></p> <p><i>Consules Cn. Seruilius Cæpio, & Cn. Seruilius Geminus.</i> Scipioni in Africa donec debellatum foret, prorogatum imperium: Mālio & Lētulo in Hispania in annum. Scipio Syphacis & Asdrubalis castra euertit, cæsa aut hausta flammis 40 millia Pænorū. iterū cum Pæno cōgressus, hostem fugauit, & ciuitates passim vi metuque subegit. Captus Syphax, Masinissa regno restituitur. Carthaginenses Annibalē ad patrię defensionem reuocant, ille mæstus ac dolēs in Africā redit. Senatus pacem petitam negat, excurrūt interim inducię datæ à Scipione. <i>Linus Polyb. Appianus, Florus.</i> Ptolomæus dictus Epiphanes (ab Appiano & Iustino vocatur Philopater) succedit Rex patri iam vita fūcto, regnat annis 24. <i>Euseb. Tertul. & Clemens Alex.</i> addit <i>Iustinus lib. 120</i> Alexandrinos sibi timentes ab Antiocho & Philippo Macedonę, petiisse à Romanis, vt pueri tutelam reciperent. Hoc tempore lata dicitur lex Cincia de munere ob causam orandam non recipiendo.</p> | 550 | 574 |
| | | | | | | | 144 2 |
| 3802 | | 20 | 22 | 21 | <p><i>Consules Ti. Claudius Nero, & M. Seruil, Pulex Geminus.</i> Hoc anno L. Furius Prætor, Ligures & Gallos Cisalpinos, Amilcare Pæno ductore, confederatos in Romanū nomen, vincit apud Placentiam. <i>Linus. Zonar.</i> Annibal cum in Africam redisset, tēta per colloquiū</p> | 551 | 575 |
| | | | | | | | 144 3 |

| 3803 | 21 | 23 | 3 | II 2 | PERIODVS 8. | V.C. | Olymp. |
|------|----|----|---|------|---|------|-----------------|
| | | | | | <p>cum Scipione pace, nec impetrata nisi conditionib⁹ Annibali nō probatis, victus est extremo prælio à Scipione ad Zamam. potentibus demùm pacē Carthagenensibus, cōditiones dixit Scipio, & Romā ad Senatū misit. <i>Appian. Liuius.</i> obiit nunc Fabius Maximus dictus Cunctator. <i>Liuius lib. 30.</i></p> <p><i>Consules Cn. Cornelius Lentulus & Aelius Pa-tus.</i> Finem accipit bellum Punicum secundum anno 17, ex quo cœptum est, probatis à Senatu pacis conditionibus, Scipio Romam venit, cui Senatus insignē si vnquam antea decernit triū phum, datumque nomen Africani. <i>Appia. Polyb. Liuius.</i> qui etiam hāc hic notatam dant Olympiade. Syphacē in triūpho ductū autor est <i>Polybius.</i> Pacis conditiones hęc erant, vt Cartha-ginēses liberē, & suis legibus viuerent. naues rostratas præter 10 tritemes traderent, & domi-tos Elephantes. nec domarent alios, bellū nullū in iussu populi Romani gererent, obsides 100 arbitrato Scipionis darent, præter pensionē ar-genti in annos 50. Masinissæ quoque habita ratio est. Philippus Macedo obsidet Athenas. Romani vt cum Pœnis bella gesserāt pro Ma-mertinis & Saguntinis fociis: ita nūc pro Athe-niensibus bellum Philippo Pœnorum amico denunciant. <i>Liuius.</i></p> | 552 | 576 144 4 |
| 3804 | 22 | 24 | 4 | | <p><i>Consules P. Sulpitius Gabba 2. & C. Aurelius Cotta.</i> incipit bellum Macedonicū primū, seu Philippicum. mittitur cōtra philippū Sulpitius consul. de quo <i>Iustin. lib. 49.</i> Hic annus vrbs habetur ex tabulis Capitolinis, & ex Romanis marmoribus, vt refert Robertullus in sua Chro-nologia Liuiana. Cōsul equestribus præliis benē pugnavit cum Philippo.</p> | 553 | 577 145 1 |
| 3805 | 23 | 25 | 5 | | <p><i>Consules L. Cornelius Lentulus, & P. Villius Tappulus.</i> Prætor Romanus Bœbius Tamphilus vincitur cum exercitu ab Insubribus. nec col-lega quicquam prosperē gessit contra philip-pum, <i>Liuius.</i></p> | 554 | 578 145 2 |
| 3806 | 24 | 26 | 6 | | <p><i>Consules T. Quinctius Flaminius. & Sex. Aelius Petus Catus.</i> Quicquid habebat Ægypti Rex in Cœlesyria, id totum occupat Antiochus Rex Syria. <i>Liuius lib. 31.</i> Hellepontū porrò & Thra-ciā inuadit. ex <i>Appiano.</i> Flaminius Consul Phi-lippi exercitū fudit in Epiro, & in Macedoniā fugauit. Achæos in societatem populi Romani recepit, totamque Thessaliam Macedoniae vi-cinam nullo reperto obstaculo pertransiit, pro-fligata quoque Philippi classis à Flaminiō. <i>Liuius. Plutar.</i></p> | 555 | 579 145 3 |
| 3807 | 25 | 27 | 7 | | <p><i>Consules Cn. Cornelius Cethegus, & Q. Minutius Rufus.</i> à Consulibus victi Ligures alique in Cisalpina Gallia, nec sine triumpho. Sempro-nius Tuditanus qui Prætor citeriorem His-paniam fortitus est, malè hoc anno pug-nans occiditur. <i>Liuius. Appianus.</i> At-talus Rex, Thebis Pergamum æger adue-</p> | 556 | 580 145 4 |

| Orbis | Iude. | Maced. | Syria. | Aegypt. | PERIODVS. 8. | 113 | V.C. | Olymp. |
|-------|-------|--------|--------|---------|---|-----|------|----------|
| | | | | | aduectus moritur anno ætatis 71. regnat Eumenes filius annis 39. constans populi Romani amicus, & nobilis Bibliothecæ Pergami erectæ fundator. <i>Srtabo lib. 3. T. Quinctius Proconsul</i> in Thessalia cum Philippo acie victo de bellauit. Philippo pacem petenti leges pacis à Quinctio iussu Senatus datæ. <i>Polybius, Linius, Plutar.</i> Interim Annibal Antiochum impentē sollicitabat ad bellum contra Romanos. | | | |
| 3808 | | 26 | 28 | 8 | <i>Consules L. Furius Purpureo, & Claudius Marcellus.</i> Antiochus Smyrnam obsidet. <i>Linius.</i> Quia pacis conditiones cum Philippo habebant, ne ille extra Macedoniã bellum vlli moueret, ciuitates Græcię plenam tandem consecutæ sunt libertatem, ingenti incolarũ gaudio. <i>Polyb. Linius, Iustin. Appian.</i> Marcellus in Boios missus, primũ quidem non benè, at altero prælio feliciter pugnauit: & victo hoste, captaque Coma cum aliquot castellis, triumphum consecutus est. <i>Linius.</i> | 557 | 581 | 146 1 |
| 3809 | | 27 | 29 | 9 | <i>Consules L. Valerius Flaccus, & M. Porcius Cato.</i> Boii iterũ victi à Flacco cõsule. Appius Heluius Prator in Hispania Tarraconensi Celtiberos graui prælio vincit, & Illaturgium urbem capit. <i>Linius, idem author, & Iustinus lib. 31.</i> scribunt Annibalem coactum relinquere Africã, venisse nunc ad Antiochum. qui iunctis animis bellum parant in Romanos. Cato tandẽ in Hispaniam missus, citeriorem Hispaniam ab Emporiis orsis pacat: <i>Linius & alij.</i> | 558 | 582 | 146 2 |
| 3810 | | 28 | 30 | 10 | <i>Consules P. Cornelius Scipio Africanus secundum, & T. Sempronius Longus.</i> A populari confessu, Senatoria subsellia separata his cõs. cum antea promiscuus populo & senatui spectandorum Ludorum locus esset. <i>Valer. lib. 4. & Cic. pro Cornel.</i> Cato nunc triumphat de Hispania. <i>Linius.</i> Missi Romã ad Antiochum Legati, in quibus fuit Scipio Consul, qui iuberent relinqui liberas in Asia Græcorum ciuitates quæ ad Macedoniæ regẽ spectabãt. renuit rex. Interim ex frequẽri colloquio Scipionis cum Annibale, Annibal regi suspectus redditur. <i>Appian. Linius.</i> | 559 | 583 | 146 3 |
| 3811 | | 29 | 31 | 11 | <i>Consules L. Cornelius Merula, & Q. Minutius Thermus.</i> Cornelius Galliam sortitus est, & ad Mutinã cũ Boiis pugnauit; Minutius cũ Liguri- bº ad Pisas. <i>Linius.</i> Catoni in Hispania succedit Scipio. pacatã penẽ Hispania, <i>Plutar. in Catone.</i> | 560 | 584 | 146 4 |
| 3812 | | 30 | 32 | 12 | <i>Consules T. Quinctius Flaminius & Cn. Domitius Ænobarbus.</i> Consulibus decreta Italia, Boii quiescunt, Ligurum fines à Quinctio peruastati: <i>Linius.</i> Antiochus Syriæ rex bellum gesturus cum Romanis conciliat sibi Ægypti regem, traditis illi pro dote filix inferiore Syria, Phœnicia, Samaria, & Iudæa. <i>Cicero pro Pompeio</i> ait Romanos pro sociis cũ Antiocho dimicasse. Antiochus contrã, fretus opibus suis impellebatur ab Annibale; qui ex Africa profugus, hostem Pop. Romani toto orbe quærebat. | 561 | 585 | 147 1 |

| Orph. | Iudeor. | Macedo. | Syria. | Aegypt. | 114 PERIODVS 8. | V.C. | Olympia. |
|-------|---------|---------|-------------------------|---------|---|------|-----------------|
| 3813 | | 31 | 33 | 13 | <p><i>Linus. Ioseph. li. 12.</i> <i>Consules P. Cornelius Scipio Nasica, & M. Acilius Glabrio.</i> Consul Cornelius Boios acie vicit, & in deditionem accepit. <i>Linus.</i> Manio Acilio obtigit Græcia, inchoaturque nunc bellum Syriacum contra Antiochum, quod Antiochinum & Asiaticum dictum est. Antiochus aduentu Acilii consulis, cum Thermopylas occupasset, inde virtute M. Catonis Tribuni militum pulsus, fugit in Asiam. Ætoli cum Heracleam cepisset consul, pacem petunt & impetrant. <i>Appian. Linus.</i></p> | 562 | 586 147 2 |
| 3814 | | 32 | 34 | 14 | <p><i>Consules L. Scipio. & C. Laelius nepos.</i> Lælio Italia decreta: Scipioni Græcia, si frater eius Scipio Africanus ei Legatus iret: itaque Scipio cum fratre cum traiecisset in Græciam, induciasque Ætolis concessisset, mox exercitum transportat in Asiam, vbi commisso prælio, penitus profligatus est Antiochi exercitus, cæsis 50 millibus hominum. pacem impetrat Antiochus his legibus. Romanorum erit tota Asia à Tauro monte ad Tanaim fluuium. Quæ ultra Taurum regio est, Eumeni regi socio pop. Romani cedit. Syria manebit Antiocho, & hæc præter argenti vim magnam in presentia, & in annos singulos pensionem. <i>Florus, Linus, Justin.</i> Annibal Antiochum deserit. Creta insula Romano Imperio accedit, vt notat <i>Linus.</i></p> | 563 | 587 147 3 |
| 3815 | | 33 | 35 | 15 | <p><i>Consules M. Fulvius Nobilior, & Cn. Manlius Vulso.</i> Scipio superioris anni consul nunc Romæ triumphat, & dictus est Asiaticus. Ætoli qui Antiochum incitarunt in Romanos, nunc tandem à Fulvio consule domiti, venerunt in plenâ ditione populi Romani. <i>Linus. Fasti cōsul.</i></p> | 564 | 588 147 4 |
| 3816 | Cæsar. | 34 | 36 | 16 | <p><i>Consules C. Linus Salinator, & M. Valerius Messalla.</i> à Fulvio in Ætolia, à Manlio in Asia superioris anni consulibus, propagatum imperium. <i>Manlius</i> quoque fœdus initum antè cū Antiocho, nunc scripsit. <i>Linus.</i> Ab Eumene Pergami rege Eumenia condita. <i>Euseb.</i> à consulibus nihil memorabile gestū spatio 20 annorum, scilicet vsque ab Machabeos.</p> | 565 | 589 148 1 |
| 3817 | | 35 | Seleucus. I Gra. 126 | 17 | <p><i>Consules M. Æmilius Lepidus & C. Quinctius Flaminius.</i> Consules nocti quietam prouinciam, strauerant vias Æmiliam & Flaminiam. <i>Linus & Strabo.</i> Seleucus Philopator Seleucidarum rex septimus, filius Antiochi magni, frater Antiochi Epiphani, regnat annis 12 saltem inchoatis. Vocatur Seleucus Soter à <i>Iosepho.</i> Occisus est pater in Perside (vt ait <i>Strabo lib. 16</i>) dum templi cuiusdam thesauros vnde pensionem Romanis promissam solueret, inuadit. duo Seleuci fratres tunc Romæ obsides manebant. horum alter erat Antiochus Epiphanes. <i>Euseb. Appianus, Sulpitius Strabo.</i> Magnum in vrbe, & vbique P. Scipionis Africani nomen erat; & ecce Porcii Catonis operâ accusatum, quod pecuniam ab Antiocho numeratam non retu-</p> | 566 | 590 148 2 |

lisset in Aerarium. adest dicto die Scipio, & è superiore loco quasi calumniam contemnens, hic inquit dies est quo Annibalem & Carthaginem me vicisse memini. diis gratia agenda, nec plura. abeuntem ad templum omnes sequuti sunt, relicto solo magistratu, cum lictoribus. Breui urbem relinquens in Linternum concessit. *Linii*, *Plutar.* eicitatus absens fertur morbum excusasse.

Consules Sp. Posthumius Albinus, & Q. Marius Philippus, Iustinus lib. 41. narrat nunc apud Parthos regnasse Mithridatem regem ordine 5, post Pharnacem fratrem. Hic imperium à Caucaso monte ad Euphratem protulit. Testatur *T. Linius* Asiaticas delicias nunc in urbem inuectas, magnam morum corruptelam attulisse & seueriore militiae disciplinam laxasse plurimum.

Consules Appius Claudius Pulcher, & M. Sempromnius Tuditanus. Qui Hispaniam vtramque citeriorem, & vltiore administrabant Praetores *C. Calphurnius Piso & L. Quinctius Crispinus*, iunctis copiis vincunt Lusitanos & Celtiberos. Donati postea triumpho. *Linii*. Scribit *Cicero de Senect.* Scipionem africanum hoc anno factis concessisse. Aetatis etiam annum 54 tunc attigisse constat, quod initio belli Punici secundi tantum 17 esset annorum.

Consules P. Claudius Pulcher, & L. Porcius Licinius. Consulibus decreti Ligures, quod nusquam alibi Romanis esset bellum. *Linii*, moritur hoc anno *Plautus* poeta comicus, nempe quo *M. Porcius Cato* fuit censor, vt ait *Cicero* in *Bruto*. annus est 1000 à Troia capta.

Consules Q. Fabius Labeo & M. Claudius Marcellus. Missus in Gallos *Marcellus Transalpinus*, qui in Italiam transgressi, oppidum in agro aquiliensi extruebant, eos extra prouinciam exegit. Istricum bellum dum molitur, reuocatur à Senatu. *Linii*, *Zonar.* His consulibus obiisse Annibalem scribit *Atticus*: anno insequenti *Linii*.

Consules L. Aemilius Paullus, & C. Bebius Taphilus. Ligures sine praelio in deditionem accepti à *Paullo* consule, magni nominis duce apud *Plutarchum*. *Linii*. obiit *Philopæmen* anno superiore. Hic apud *Achaos* militiae Praefectus, vltimus alicuius nominis fertur inter *Græcos*, & laudatur plurimum in re militari à *Plutarcho* in eius vita, *Polybio*, & *Iustino lib. 32.* ad hunc demum annum *Linii* consignat mortem *Annibalis*, qui apud *Prusiam* *Bithyniae* regem bellum fouebat contra *Eumenem*. Romani dum hinc pacem conciliant, perunt dari *Annibalem*. ille ne traderetur hausit venenum.

Consules P. Cornelius Cethegus, & M. Bebius Tamphilus, apud *Linium*, *Cassiod.* & *tab. capitulinas*. Aliqui *Lentulum* pro *Cæthego* edunt. *Paulus* nunc de *Liguribus* triumphat.

3818

36

2

18

Grae. 127.

3819

37

3

19

Grae. 128.

3820

38

4

20

Grae. 129.

3821

39

5

21

Grae. 130.

3822

40

6

22

Grae. 131.

3823

41

7

23

Grae. 132.

567

591

148

3

568

592

148

4

569

593

149

1

570

594

149

2

571

595

149

3

572

596

149

4

| Orbis. | Iudeor. | Macedo. | Syriac. | Aegyp. | 116 | PERIODVS 8. | V.C. | Olympia |
|--------|---------|-----------------------|---|-------------------------------|-----|--|------|-----------------|
| 3824 | | 42 | 8 Gra. 133. | 24 | | <p>Consules <i>A. Posthumius Albinus</i>, & <i>C. Calpurnius Piso</i>. <i>Q. Fulvius Flaccus</i> Praetor in Hispania citeriore, magno praelio fudit 24 millia hominum. <i>Orosius</i>. Hoc anno Romam rediit, & cum extra urbem triumphandi causa esset, creatus consul urbem triumphans ingressus est. <i>Linus</i>. Olympiadem hanc dat <i>Appianus</i>.</p> | 573 | 597 150 I |
| 3825 | | <i>Perseus</i> . I | 9 Gra. 134. | <i>Ptolemaeus Philo.</i> I | | <p>Consules <i>L. Manlius Acidius</i>, & <i>Q. Fulvius Flaccus</i>. Hic posterior sortitur Ligures qui Genuensium montibus confisi, semper aliquid novi moliebantur. Horum caesis 3000, consul praesidia montibus imponit. <i>Linus</i>. Postumius victis in Hispania Vaccæis & Lusitanis triumphat Romæ. <i>Linus lib. 40.</i></p> <p><i>Ptolemaeus Epiphanes</i> Aegypti rex moriens hæredem regni relinquit filium natu maximū, qui dictus est <i>Ptolemaeus Philometor</i>. fratrem habet <i>Phisonem</i>, & regnat annis 35. <i>Euseb.</i> huius intemperantiam taxat <i>Iustinus</i>. Aliter aliquantulum sedē dat huic regi <i>Ptolemaeus</i> in <i>Almagesto</i>, qui omnia ex suo <i>Nabonassaro</i> metitur. <i>Philippus</i> Macedonum rex, dum omnia parat ab bellum in Romanos, moritur. succedit filius <i>Perseus</i>, rex Macedoniae ultimus. regnat annis 10, iuxta <i>Eusebium</i>. His cōsulibus notat obiisse <i>Philippum</i> <i>Linus</i>. qui dat <i>Perseo</i> 11. an.</p> | 574 | 598 150 2 |
| 3826 | | 2 | 10 Gra. 135. | 2 | | <p>Consules <i>A. Manlius Vulso</i>, & <i>M. Iunius Brutus</i>. <i>Perseus</i> hoc anno in Senatu Romano Rex appellatur. <i>Linus Dec. 5. lib. 5.</i> <i>Manlio</i> Gallia obtigit. qui tamen sine S. C. bellum gessit cum <i>Istris</i> parum feliciter. Alter <i>Ligures</i> sortitus est.</p> | 575 | 599 150 3 |
| 3827 | | 3 | 11 Gra. 136 | 3 | | <p>Consules <i>C. Claudius Pulcher</i>, & <i>Sempronius Gracchus</i>. rebellat Sardinia, & misso <i>Sempronio</i> cōsule nō nisi biennio subacta est. <i>Linus</i>. <i>Claudius</i> sortitus <i>Istriam</i>, breui subactis <i>Istris</i> duxit legiones in <i>Ligures</i>, & duarum gentium vno anno victor, duas in consulatu pacavit provincias. decretus ei triumphus. <i>Florus</i>. alteri consuli obuenit Sardinia. <i>Linus</i>.</p> | 576 | 600 150 4 |
| 3828 | | 4 | I <i>Antiochus Epiphanes</i> Gra. 137 | 4 | | <p>Consules <i>Cn. Cornelius Scipio Hispanus</i>, & <i>Petilius Spurius</i>. <i>Scipioni</i> diem ex morbo obeunti sufficitur <i>C. Valerius Laevinus</i>: qui, collega à <i>Liguribus</i> occiso, egregiè mortem eius vindicavit. <i>Linus</i>. <i>Seleucus</i> rex Syriae, inchoato regni anno 12, occiditur à quodam <i>Heliodoro</i>, qui regnum affectabat, obtinissetque nisi <i>Eumenes Pergami</i> rex, incolume illud custo disset redeunti Roma. <i>Antiocho</i> Ephij hani. pro quo <i>Seleucus</i> frater paulò ante mortē, miserat Romam filium <i>Demetrium</i> obsidē. huic <i>Antiocho</i> qui iam incipit regnare anno Græcorū 137 (1. <i>Machab. c. 1.</i>) <i>Eusebius</i> dat regni annos 11. alii 12. scribunt aliqui eum malis artibus excluso <i>Demetrio</i> nepote occupasse regnū. vide <i>Appianū</i>.</p> | 577 | 601 151 I |
| 3829 | | 5 | 2 Gra. 138 | 5 | | <p>Consules <i>P. Mutius Scaevola</i>, & <i>M. Aemilius Lepidus secundum</i>. Hic <i>Scaevola</i> pater est iuris-consulti. Castigati etiam hoc anno <i>Ligures</i> à consule <i>Mutio</i>, nec dum quiescent. <i>Linus</i>.</p> | 578 | 602 151 2 |

| Orbis. | Iudeorum | Maced. | Syria. | Aegypt. |
|--------|----------|--------|-------------------------------|---------|
| 3830 | | 6 | 3 <i>Græcorū. 139.</i> | 6 |
| 3831 | | 7 | 4 <i>Græcorū. 140.</i> | 7 |
| 3832 | | 8 | 5 <i>Græc. 141.</i> | 8 |
| 3833 | | 9 | 6 <i>Græc. 142.</i> | 9 |
| 3834 | | 10 | 7 <i>Græc. 143.</i> | 10 |

apud Iudæos nunc initium accipit Machabeorum historia. hoc anno Græcorum, pulsus videtur Pontifex Onias Simonis iusti filius, à fratre Iesu, qui se Iasonem dici voluit. quem post triennium expulit Menelaus frater à Pontificatu, æquè sacrilegus. *Ioseph. lib. 12.*

Consules Sp. Postumus Albinus, & Q. Mutius Scævola. hos dant Consules tabulæ capitolinæ. satis consentit *Cassiodorus*. Parata Antiochus expeditione venit cum exercitu Hierosolymam. vbi à Iudæis apparatu festo & celebri exceptus est, sed indè discedens præsidium vrbis imposuit, *Ioseph.*

Consules L. Postumius Albinus, & M. Popilius Lenas. Popilius Statelates Ligurum populos victos vendidit, eorūq; bona. *Cicero lib. 11. Epist.* vocat Statelenses. His *Coff. Floralia* instituta dixit *Ouid. Fast. 5. Annuimus votis, Consul cum Consule Ludos.*

Consules P. Popilius Lenas, & P. Ælius Ligur. Hoc primum anno Consules ambo ex plebe facti, nusquam deinceps stante repub. & libera ambo Patricii. Perseo Philippi regis Macedonici ex concubina filio, bellum à Romanis denunciatum, quòd fœdus cum patre initum violasset. Dictum est bellum Persicum, aut Macedonicum secundum. nunc Iasonem fratrem expulisse putatur Menelaus à Pontificatu. vide *Ioseph. Antiq. lib. 12.*

Consules P. Licinius Crassus, & Cassius Longinus. Electi hi Cōsules 12. Kal. Martii vt notat *Liuius*. Licinio obtigit Macedonicum bellum, vbi Perseo res satis feliciter cefsit. victus enim Licinius est terra marique. *Flor. Entro. Liuius.* Antiochus Syriæ Rex, occupatis Romanis in bello Macedonico, parat primam expeditionem in Aegyptum, *Iustin. lib. 35. Liu. Dec. 5. lib. 2.*

Consules A. Hostilius Mancinus, & A. Atilius Serranus. Mancinus cui obtigit Macedonia nihil memorabile gessit contra Perseum. tantum militem ab effusa licentia, ad militarem disciplinam formauit, & socios cum fide coluit. *Liuius.* Antiochus parata expeditione venit in Aegyptum, specie quidem vt Aegypti regi suo nepoti regnum conseruaret, reuera tamen vt ipse Aegyptum, occuparet. sed cùm Alexandriam obtinere non posse se videret, pelusium occupat, relictoque ibi valido præsidio redit in Syriam. in hoc reditu, Hierosolymæ Menelaum confirmat in pontificatu contra Iasonem fratrem. & magnam Theauri partem templo detractâ asportauit Antiochiam, anno nempe Græc. 143. ex *Iosepho & 1. Mach. c. 1. vers. 21.* biennio nempe ante secundam expeditionem. Accius poeta nascitur, *Gell. lib. 9. cap. 4.*

| V.C. | Oly mp. |
|------|-----------------|
| 579 | 603 151 3 |
| 580 | 604 151 4 |
| 581 | 605 152 1 |
| 582 | 606 152 2 |
| 583 | 607 152 3 |

| Orbis. | Juds. | Maced. | Syria. | Aegypt. | 118 | PERIODVS 8. | V. C. | Olymp. |
|--------|------------|--------|--------|---------|-----|---|-------|--------|
| 3835 | | 11 | 8 | 11 | | <p><i>Consules Q. Marcus Philippus secundum, & Q. Servilius Cæpio.</i> Marcio Consuli decernitur Macedonicum bellum. qui per saltus inuios in Macedoniam penetrans, perseum inopinato suo aduentu percudit, egitque in fugam, tam trepidè, vt abiectum persei aurum venerit in manus Romanorum. hoc primo belli impetu Marcus plures vrbes occupauit. <i>Liuius.</i> ptolemæus post regressum Antiochi in Syriam, reconciliatus fratri, pellit ex Aegypto, atque etiã relusio, præfidiarios Antiochi milites. qua re commotus Antiochus parat secundam expeditionem in Aegyptum. <i>Liuius lib. 35.</i> Ennius poeta septuagenarius moritur. <i>Cicer. in Catone.</i></p> | 584 | 608 |
| 3836 | | 12 | 9 | 12 | | <p><i>Consules L. Aemilius Paulus secundum, & C. Licinius Crassus.</i> Hic Aemilius, illius Aemilii filius est, qui occubuit in Cannensi pugna. Crasso Italia, Aemilio decreta Macedonia. paulus 3. Non. sept. apud pydnam urbem Macedoniae collatis signis perseum vicit, cæsis perditum 20 millibus. fugit rex cum equitatu. vrbes Consul in deditionem accepit. captus in fuga rex est. & Romani iusserunt Macedonas esse liberos. <i>Liuius, & Plutarchus in Aemilio,</i> vbi leges insignem triumphandi rationem. hic deceptus videtur Mercator, qui ex Luna eclipsi hanc pugnam retulit ad annum vrbis 584. cæterum quandiu steterit Macedonicum regnũ, non constat satis, nec conuenit inter authores, nos initium dedimus anno 3206. Dat hic annus secundam Antiochi expeditionem in Aegyptum. Alexandriam obsidet. iussu à Romanis exire Aegypto, cum cunctaretur respondere, Popilius Lænas legatus virga Antiochum regem circumscriptis, ac subito responsum quod differerebat dare coegit. Antiochus redire coactus ab hac sua secunda expeditione; templum penitus spoliatur, post urbem Hierusalem dolo captam, annis vrbis & Græcorum hic notatis. de misso post discessum Antiochi Apollonio, & quodam Antiocheno, à quibus post ingentem cædem templum desolatum est. vide 1. <i>Machab. cap. 1. vers. 30. & 57. item. 2. Machab. cap. 5. in fine, & cap. 6. initio.</i> idque hoc ipso Græcorum anno 145, mense Casleu. <i>Iosephus lib. 12. Antiquitatum,</i> scribit id accidisse Olympiade 153. Iam ergo Matathias se opponit Antiocho, 1. <i>Mach. cap. 2.</i> nunc lata est lex Voconia ne supra quadrante bonorum relinquatur mulieribus.</p> | 585 | 609 |
| 3737 | Matathias. | 1 | 10 | 13 | | <p><i>MACHABEORVM INITIVM.</i></p> <p><i>Consules Q. Aelius Petus Catus, & M. Iunius Pennus.</i> Romani hoc anno in formam prouinciae redigunt Macedoniam, Illyricum, & MoloSSIDem in Epiro, per L. Aemilium Paulum & Anicium Gallum Proconf. Perseus rex in triumpho ante currum Aemilii ductus, post datus in</p> | 586 | 610 |

| Orbis | Iudeorū | Syria | Aegypt. | | | | |
|-------|---------|----------------------|---------|------------|--|-----|-----------------|
| | Iudas | Græc. 146. | | | custodiā. idem in Anicii triūpho de rege Gētio Illyrio, <i>Plut.</i> autore est, tatā vim pecuniæ à Paulo illatā in Ærariū, vt ciues vsq; ad Hirtiū & Pansam Cōsules tributū nullum cōtulerint, <i>lege Orof. Florum. Velleium, Liuium, & Plin. lib. 34.</i> illud impensē in Paulo laudatur, quòd domus eius inter tot opes, nē obulo quidē ditior euaserit. Habemus ex <i>lib. 1. Machab. & Ioseph. Antiq. cap. 12.</i> Mathiæ principatum anno Græcorum 145, productum ad partem non minimam huius anni 149, quando successit Iudas filius natu maximus, qui initio Apolloniū Antiochi ducem vicit, in Samaria. | | |
| 3838 | I | II | 14 | Grac. 147. | <i>Consules C. Sulpitius Gallus, & M. Claudius Marcellus.</i> Hos Consules triumphasse de Gallis & Liguribus constat ex Capitolinis tabulis. Eumenes Romam venit. Medium se egerat inter Romanos & Perseum. lataque lex ne vlli regi liceret Romam venire. <i>Florus Epitoma 46.</i> Terentius Romæ Andriam exhibet his Coss., quos dat Andriæ titulus. Antiochus Lysiam præficit Syriæ inferiori, iubetq; armari in Iudæos. interim ipse in Persidem rapinis intentus proficiscitur, hoc 147 anno Græcorum ex <i>1. Machab. cap. 3.</i> | 587 | 611 153 3 |
| 3839 | 2 | 12 | 15 | Grac. 148. | <i>Consules T. Manlius Torquatus, & Cn. Octavius Nepos.</i> hos dat <i>Cassiodorus, Obsequens & Capitolina tab.</i> Lysias qui 60 millia peditum, & 5000 equitū ducebat in Iudæos, vincitur à paucis Machabeorum militibus ad Bethsurā. statim renouatur, purgaturque templum, tertio anno inchoato à templo profanato. tunc Encœnia seu festū Dedicacionis instituit Iudas. <i>Machab. lib. 1. cap. 4.</i> Antiochus Elimaide prius Babylonem æger defertur. vnde tandem pro Iudæis rescribit ad Lysiam, factorum & antea factæ crudelitatis pœnitens. <i>1. Machab. cap. 6. & lib. 2. cap. 9. & 11.</i> | 588 | 612 153 4 |
| 3840 | 3 | Antiochus Eupator. I | 16 | Grac. 149. | <i>Consules Aul. Manlius Torquatus, & Q. Cassius Longinus.</i> Sub his Coss. moritur Ariabathes Cappadociæ rex 5, succedit regno filius Mithridates, qui patris nomen assumpsit, & societatem renouauit cum S. P. Q. R. <i>Florus Epit. 46.</i> Antiochus Syriæ rex Babylone diem claudit, relicto regni successore filio Antiocho (qui dictus est Eupator) 9. annorum puero. <i>1. Mach. c. 6. v. 17.</i> regnat per trienniū Lysia regni administratore, ex <i>2. Machab. cap. 14. vers. 1. & 4. lege Appianum & Euseb.</i> datus à patre tutor Philippus, sed exclusus à Lysia, recipit se in Aegyptum ad Philometorem. <i>2. Mach. c. 9. in fine.</i> | 589 | 613 154 1 |
| 3841 | 4 | 2 | 17 | Grac. 150. | <i>Consules T. Sempronius Gracchus secundum, & M. Iunius Thalna.</i> Lysias post diadema impositum Eupatori, parat expeditionem in Iudæam exeunte anno Græcorum 149; ducturus eò Eupatorem, <i>2. Machab. c. 13.</i> & nūc Iudæam inuadit obsidetque Bethsuram, vt Iudā auerteret ab obsidione arcis Hierosolymitanæ: hoc est, anno Græcorum 150. ex <i>1. Mach. cap. 6. vers. 18. & 20.</i> Sed expugnata Bethsura dum pergit Hierosolymam, audit aduētare Philippum cum exercitu è Perside. res componit cum Iudæis, & redit Antiochiam. <i>1. Machab. cap. 6. vers. 54. & deinceps.</i> Addit Iosephus reliquisse Alcimum loco Menelai demortui. aliam nunc dat Terentius comediam Heaur. | 590 | 614 154 2 |

| Orbis. | Iud. | Syria. | Aegypt. | 120 | PERIODVS 8. | V. C. | Olymp. |
|--------|-------------|---------------------|---------|-----|--|-------|-----------------|
| 3842 | 5 | 3 | 18 | | <p>Consules P. Cornelius Scipio Nasica, & C. Martius Figulus. His Consulibus breui abdicatis, successi sunt Cn. Domitius Aenobarbus, & P. Cornelius Lentulus Plut. in Marcello. Tab. Capitol. & Cic. lib. 2. de nat. Cn. Octavius Senator, missus legatus ad Lyfiam tutorem Antiochi pueri, qui iuberet seruari pacis conditiones, occisus est per Lyfiam in Gymnasio. Zonar. Obseques Appianus. Demetrius Seleuci Philopatoris filius (de quo supra an. V. C. 577) Româ, vbi erat obses fugiens, venit Tyrum in Syriam. discessit Roma hoc anno Græcorum 151. ex lib. 1. Machab. cap. 7. vers. 1.</p> | 591 | 615 154 3 |
| 3843 | 6 | Demetrius. Soter. I | 19 | | <p>Consules M. Valerius Messalla, & C. Fannius Strabo. vario euctu his annis bellatum cum Corsis, Liguribus, & Lufitanis. Flor. Epit. 46. Demetrius triennio post initium Eupatoris rediens in Syriam accipit diadema, occisus Antiocho puero, & Lyfia. 1. Mach. 7. vers. 1. 10 sep. 12. Antiq. c. 15. triennium habes ex 2. Mach. c. 14. ver. 1. & 4. Regnat annis 9. ex Eusebio & Iosepho. quod autem Polybius det ei annos 12. est quia numerat à morte patris. Demetrius iam ab anno Græ. 151, armavit in Iudæos Alcimum, quem facile repulerunt Machabei. 1. Mach. cap. 7. vsque ad vers. 26. & 2. Mach. cap. 14. vsque ad vers. 11. Misit, deinde Nicanor, quem vicit Iudas apud Bethoron, mense Adar, excurrente adhuc anno 151. ex 1. Machab. cap. 7. à vers. 26. & lib. 2. & cap. 14. à vers. 12. tunc misit Iudas qui contraherent fœdus cum Romanis. 1. Machab. 8. initio. Tandem ineunte vt apparet anno Græcorum 152, Demetrius mittit in Iudæos iterum iam Bacchidem cum magno exercitu. ex 1. Mach. c. 9. v. 3. verba hæc sût, In mense primo anni 152 applicuerunt exercitum ad Hierusalem: At cum conflictus cum Nicanore fuerit exeunte anno Græcorum 151 mense Adar; est prior aduentu Bacchidis: qua ratione dicitur aduenisse Bacchidem primo mense anni 152 non enim potuit à 13. die Adar, ad initium Nisan deportari è Syria exercitus. Hanc quæstionem dissolues ex cap. 17 num. 10. vbi datum est duplex initium Epochæ huius Græcorum, vnum à Nisan, & vocatur Iudaicum. Ab Elul alterum post sex menses, quod Alexandrinum vocant. hoc secundum initium notat ibi author prioris libri Machabeorum: nempe à mense Elul, sex mēsis post victū Nicanorem. In hoc ergo altero conflictu cum Bacchide, occubuit Iudas ineunte anno 152 Græcorum, ex lib. 1. Machab. c. 9. vers. 3.</p> | 592 | 616 154 4 |
| 3844 | Ionathas. I | 2 | 20 | | <p>Consules L. Anicius Gallus, & Cornelius Cethegus. Hos præfert Consules titulus Adelphorum Terentii, nunc obiit L. Aemilius Paulus, cuius tanta fuit abstinentia (ex Floro Epit. 46) vt cum ex Hispania & Macedonia maximas opes retulisset, vix ex auctione bonorum eius redactum sit, vnde dos vxori eius redderet. Occiso vti dixi Iuda Machabeo, successit nunc illi frater eius Ionathas, Dux electus. 1. Machab. 9. vers. 29. & deinceps, principatum gessit annis penè 18. hic princeps statim initio ducatus fudit exercitum Bacchidis, qui ad Demetrium reuertitur, pacemque habuit Iudæa annis duobus. lib. 1. cap. 9. vers. 57. moritur infelix Alcimus lib. 1. c. 9. vers. 56. Ionathas, sumus Sacerdos mansisse putatur, ex 1. Machab. cap. 12. vers. 6. Sed certè quæ ibi narrantur, non huius sed posterioris alicuius anni sunt. Cæterum addit</p> | 593 | 617 155 1 |

PERIODVS 8.

121

V. C.

Olymp.

^a ddit *Iosep. lib. 20. Antiq.* Pontificatum cessasse à morte Alcimi annis 7. & tunc omnium consensu translatum in familiam Assamonæorum, *vide an. V. C. 600.*

Consules Cn. Cornelius Dolabella, & M. Fulvius Nobilior. Mithridates seu Ariabathes rex Cappadociæ, pulsus regno à Roferne & Demetrio, iterum regno restituitur iubente Senatu Romano. *Flor. Epit. 47.* quo etiam loco narrat iam conuenisse inter regem Ægypti, & fratrem, vt frater relicta Ægypto Cyrenen teneret.

Consules M. Aemilius Lepidus, & C. Pompius Lenas. Ligusticum bellum contra Ligures & Genuenses ab 80 annis productum, nunc tandem finem accepit, opera M. Fulvii Nobilioris Consulis, anno 594. sicque Romanis aditus patere cœpit facilis in Hispaniâ terra marique. *Strabo lib. 4. & Florus.* Ligurum euerfis latebris, cessarunt latrocinia. Moritur Eumenes Pergami rex. regnat filius Attalus nuncupatus Philometor. hic est qui populum Rom. relinquet hæredem. *Strabo.* Bacchides exacto biennio regressus obsidet Bethleem, sed virtute Ionathæ repulsus. pacem firmat cum Machabeis diurnam. sicque cœpit tandem reflorescere Iudæa, *lib. 1. Machab. c. 9. Iosep. lib. 7.* Romæ primùm Horologiũ in vsu autore Scipione Nasica, dum nunc Censor esset. *Plin. lib. 8. c. ult. fuit bis Censor ex Cicer. in Bruto.*

Consules Sex. Iulius Cæsar, & L. Aurelius Orestes. Terentius notatur obiisse anno V. C. 595. *Scribit Plin. lib. 33.* his Coss. in Ærario populi Rom. fuisse auri pondo 727. argenti 92. millia. & extra numerum, 375. millia.

Consules L. Cornelius Lentulus Lupus, & C. Marcius Figulus secundum. Dalmatas qui Illyrios socios populi Romani vexabant vincit Marcius Consul. *Florus Epit. 47. Zonar. Obsequens.* Hunc Figulum Cicero in Bruto numerat inter sui temporis eloquentes. Circa hoc tempus Onias laudati illius Oniæ Pontificis filius, obtinuit à rege Ægypti facultatem extruendi templũ in prouincia Heliopolitana, simile Hierosolymitano. quod stetit vsque ad annum Christi 73. Onion dictum est. vt ibidem obseruo ex *Iosepho.*

Consules P. Cornelius Scipio Nasica secundum, & M. Claudius Marcellus secundum. Oportet, ne hoc quidem anno quieuisse omnes Ligures, saltem transalpinos. cum constet ex *Capitolinis tabulis,* de his triumphasse Marcellum. Carneades Athenis missus Romam legatus cum collegis suis ad impetrandam multæ cuiusdam impositæ veniam, insigne specimen dedit suæ eloquentiæ. *Gell. lib. 16. Plutar. in eius vita.*

Consules Q. Opimius Nepos, & L. Postumius Albinus. Ligures transalpini, vrbes Antipolim & Niceam Massiliensis dittonis incursionibus vexabant. Massiliensiu causa, quod socii essent populi Romani, à Romanis suscepta est, & missus eo Opimius, Ligures subegit. *Florus Epit. 47. Obsequens.* de rebellantibus Lusitanis & misso in eos Nummio proconsule, lege *Appianum & Obsequentem.*

Consules Q. Fulvius Nobilior, & T. Annius Luscus. Rebellant in Hispania Celtiberi, contra quos Nobilior Cõsul bis parum feliciter pugnat, *App. propter subitum*

| Orbis | Iudeor. | Syria. | Ægypt. |
|-------|---------|------------|--------|
| 3845 | 2 | 3 | 21 |
| | | Grac. 154. | |
| 3846 | 3 | 4 | 22 |
| | | Grac. 155 | |
| 3847 | 4 | 5 | 23 |
| | | Grac. 156. | |
| 3848 | 5 | 6 | 24 |
| | | Grac. 157 | |
| 3849 | 6 | 7 | 25 |
| | | Grac. 158 | |
| 3850 | 7 | 8 | 26 |
| | | Grac. 159. | |
| 3851 | 8 | 9 | 27 |

| V. C. | Olymp. |
|-------|--------|
| 594 | 618 |
| | 155 |
| | 2 |
| | 1 |
| 595 | 619 |
| | 155 |
| | 3 |
| 596 | 620 |
| | 155 |
| | 4 |
| 597 | 621 |
| | 156 |
| | 1 |
| 598 | 622 |
| | 156 |
| | 2 |
| 599 | 623 |
| | 156 |
| | 3 |
| 600 | 624 |
| | 156 |
| | 4 |

| Orbis | Iudaorū | Syria. | Aegypt. | 122 | PERIODVS 8. | V. C. | Olym. p. |
|-------|---------|----------------------------------|---------|---|---|-----------------|----------|
| | | | | | <p>Celtiberiæ motum mutata Romæ comitia. & hoc anno Consules K. Ianuarii inire cœperunt: cùm ab anno 531 V. C. idibus Martii iniissent. & mansit deinceps iniens Ianuarius consulatui solennis. <i>Appianus. Obsequens. Strabo lib. 3. Cassiod. Florus.</i> gestum hoc bellum Celtibericum per annos 20. & Numantiæ excidio finitum. <i>Strabo citatus.</i> Polybius iam in Italia erat inter Achæorum exules. <i>Polyb. lib. 12. initio.</i></p> <p>Demetrio regi Syriæ opponit se Alexander Nobilis, qui 1. <i>Mach. 10. & apud Iustin. lib. 35.</i> vocatur filius Antiochi. Epiphanem intelligit <i>Iustinus.</i> Alii nothum filium esse agnoscunt: alii dictum ex commento Antiochi filium, & à vicinis principibus excitatum, vt sic Demetrium omnibus inuisum pelli regno curarent. notat citatus liber <i>Machab.</i> annum Græcorum 160. Ambo principes Ionatham Machabeum ad suas partes sollicitant. adhæsit tamen Alexandro <i>citato cap. 10.</i> à quo stolam, & Pontificatum accepit, de quo dixi <i>ex Iosepho ad an. V. C. 593.</i></p> | | |
| 3852 | 9 | Alexander I <i>Græc. 160.</i> | 28 | <p>Consules M. Claudius Marcellus tertium, & L. Valerius Flaccus. Marcello Consuli obtigit citerior Hispania, vbi post aliquot reportatas victorias Cordubam cōdit. M. Acilius Prætor sortitus est vltiorem quam dicebant Hispaniã, & Lusitanos. vbi nec ipse victoriis caruit. <i>Strabo lib. 3. Appianus. Florus Epit. 47 & 48.</i> Missi hoc anno legati ad Carthagenenses Roma. inter quos iunior Scipio Æmilianus, qui exoptularent de ruptis pacis conditionibus, & bello quod gerebant contra Masinissam. In Syria post aliquot velitationes, tandem dicto die pugnatur iusta acie, in qua victus & occisus est Demetrius, anno Græc. 161. regnatque Alexander dictus Balus annis saltem quinque. dictus etiam est Nobilis <i>ex lib. 1. Machab. cap. 10. Ioseph. & Iustino.</i></p> | 601 | 625 157 I | |
| 3853 | 10 | <i>Græc. 161.</i> | 29 | <p>Consules L. Licinius Lucullus, & Postumius Albinus. Marcello in Hispania succedit Lucullus. hic Celtiberiæ populos pacasse dicitur. <i>Eutrop. Florus Epit. 48. Appian. Obsequens. Orosius.</i> idem Vaccæos & Cantabros adhuc incognitos subegit. <i>citati authores.</i> Albinus Consul ille est, qui historiam Græcè scripsit. <i>ex Cicer. in Bruto.</i> Alexander rex Syriæ connubio accipit Aegypti regis filiam, Prolemaide: vbi honorificè exceptus Ionathas à duobus regibus. <i>lib. 1. Machab. cap. 10. & Ioseph. 13.</i></p> | 602 | 626 157 2 | |
| 3854 | 11 | <i>Græc. 162.</i> | 30 | <p>Consules T. Quinctius Flaminius, & M. Acilius Balbus. Legati Roma missi ad componendas res inter Masinissam & Carthagenenses, conspicientes Pœnorum exercitum logi angustiis & peste vexari, permiserunt vt rex occasione data vteretur. inito ergo conflictu, 58 millia Carthagenensium, occisione penè deleta sunt. erat tunc Masinissa prope nonagenarius. <i>Appian. Florus.</i></p> | 603 | 627 157 3 | |
| 3855 | 12 | <i>Græc. 163.</i> | 31 | <p>Consules L. Marcus Censorinus, & M. Manilius. His consulibus bellum Punicum tertium & inditum, & initum est, atque intra quadrienniū Carthaginis excidio terminatum. huius belli historiam habes apud <i>Velleium, Eutrop. Orosiū, Strabonē, Appianum in Iybcis. & alios.</i></p> | 604 | 628 157 4 | |

Orbis. Iudeor. Syria. Aegypt.

eiusque synopsis ex his authoribus collectam dedit *Sigonius* anno 604. 605. & 606. Consules cum in Africam traiecissent, Carthaginenses arma tradere, & classem comburere iusserunt. eos demum iussa facientes iubet, relicta vrbe decem millibus passuum à mari confedere. sed hinc iusta ira incensi Pœni, Asdrubalem reuocant, & pugnando simul cum vrbe cadere decernunt, armis ubi deerat ferrum etiam argenteis & aureis vtentes. & hoc quidem anno Romanus miles, præter vnum Scipionem Trib. Mil. nihil gessit dignum Romano nomine. ad hoc bellum decernendum contra multos alios peruicit sententia M. Porcij Catonis Censorii, quæ Cicerone inter oratores numerans, ait his consulibus hæc gesta esse, & annis 86 ante suum cōsulatū. anno obiit hoc ipso fuit Cato quinquages à Liuidis accusatus, dānatus nunquam ex *Plutarcho*. hic est qui apud Ciceronem agit de Senectute. hos Consules dant *Fasti & Florus*. eundem vrbis annum dat *Solinus cap. 2.* & cum primæ ficus maturuissent sic creditur *Plinio lib. 15. c. 18.*

3856 13 5 32

Consules Sp. Postumius Albinus magnus, & L. Calpurnius Piso Cæsonius. Hoc ferè tempore Andricus quidam, qui assumpto sibi nomine philippi dicebat se esse Persei filium, quo titulo Macedoniæ regnum inuadit, & fauentibus nouarum rerum studiosis hominibus etiam obtinuit. mox M. Iuuentium Prætorem Romanum falso eius exercitu occidit. licet postea victus sit hic pseudoPhilippus à Metello. *Velleius. Florus Epit 49.* vnde Metellus dictus est Macedonicus.

605

629

158

1

Græ. 165

Calpurnius Consul Africam fortitus, neque Asdrubalem, neque Carthaginem adortus est; sed cum ad alias vrbes singulas arma frustra circumtulisset, inglorius Vticam in Hyberna concessit. *Appian.* Masinissa hoc anno moritur ætatis anno pene 90. arbitro Scipione regnum inter tres filios diuisum. ex his Micipsa natu maximus. *Orosius. Appia.* Appollonius Syriæ inferiori ab Alexandro præfectus, bellum in scio Domino (vt aliqui narrant) intulit Ionathæ. sed victus acie est Appollonius. Ionathas bene vsus victoria AZOTUM incendit, ubi templum Dagon erat, & alias ciuitates recuperat quæ olim ad Iudæos pertinebant. *Iosep. lib. 13.* qui nota Græcorum annum 165.

3857 14 6 33

Consules P. Cornelius Scipio, Africanus, Æmilianus, & C. Liu. Drusus. Ille Æmilianus dictus, quod cum esset Pauli Æmilii filius, adoptatus sit in familiam Scipionum. Cum in Africa traheretur bellum ignauia imperatorum, memoria rerum à Scipione gestarum in Hispania & Africa supra ætatem & expectationem effecit, vt cum ipse ædilitarè tantum peteret, populus repugnante Senatu Cōsulè esse voluerit *App. Florus. Velleius. Plutar.* Sic populus, qui ius electionis ad se pertinere dicebat; legis, quam cōtra Scipionem obtendebat Senatus, veniam fecit. Scipio primo aduētu Maucinum temerè urbem inuadentem extremo eripuit periculo, Romamque dimittit; militarè disciplinam cæteraque restituit, & Carthaginè arcta cingit obsidione, quam anno insequente captam euertet. *Velleius. Appian. Plutar.* Nobilem hanc obsidionem latè beneque describit ad hunc vrbis annum *Sigonius.*

606

630

158

2

Græ. 166

| Orbis. | Iudæa. | Syria. | Ægypt. | 124 | PERIODVS 8. | V. C. | Olymp. |
|--------|--------|-------------|--------|-----|--|-------|-----------------|
| | | | | | <p>Post Lucullum & Galbam. C. Vetilius Prætor Hispaniam fortitur. hic afflictis iam Lusitanorum rebus, certam victoriæ spem concepit cum quidam Viriatus ex pastore venator & iatro, factus est Dux exercitus contra Romanos, & Lusitaniam occupauit totam, Vetilium Prætorem fuso Romano exercitu cepit, taleque initium dedit bello Viriatio, quod annis 8. durauit. <i>Orosius. Florus epit. 52. Sigon. ad an. 607.</i></p> <p>Exortum est hoc urbis anno 606, bellum Achaicum. Nam missi Roma Legati qui res inter Achæos confederatos, & Spartanos cōponerent, dum iubent Achæos fœdus dissoluere (nimis enim potentes inde videbantur Romanis) læsi & pulsati sunt ab Achæis <i>vide annum urbis 473.</i> mandatur ergo Metello qui Macedonia præerat ut Achæos castigaret. bis à Metello victi Achæi ad Thermopylas. <i>Pausan. lib. 7. Orosius. Velleius. Iustin. lib. 34. & Florus.</i></p> | | |
| 3858 | 15 | Demetrius I | 34 | | <p><i>Consules Cn. Cornelius Lentulus, & L. Mummius Achaicus.</i></p> <p>Demetrius iunior, Nicanor, filius Demetrii Soteris, pronepos Antiochi magni, rex euadit Seleucidarū, anno Græcorum 167. <i>ex lib. 1. Mach. cap. 11. vers. 19.</i> fugato, & mox occiso Alexandro. Hic enim Demetrius iunior adolescentiam egressus relicta Creta, ubi iubente patre educabatur, Syriam ut suam repetit. Demetrium sequuntur Antiocheni, & plures alii Ptolemæus quoque Rex Ægypti filiam Alexandro Matrimonio locatam dat Demetrio, ob infidias quas ei parauerat Alexander. <i>Iosephus lib. 13. Iustin. lib. 36. Florus Epit. 52. & liber Machab. citatus.</i> Ergo hoc anno Græc. Alexander acie vincitur ab exercitu Ptolemæi, & huius Demetrii, qui dictus est <i>ὁ Νικάνωρ δ' εὐσεπός</i>, ob regno pulsam regum stirpem adulterinam. breui ex vulnere accepto in acie morietur Ptolemæus. regnat Demetrius hic annis duobus. Vetilio in Hispania subrogatus Plautius, bis victus est à Viriato. nec quicquam memorabile gessit. <i>Appian. Metello in Græcia subrogatur Mummius Consul.</i> hic Achæis acie victis Achaiam redigit in prouinciam. euerfa ab eo Corinthus, cum stetit annis prope 98, ab Alete rege. <i>de quo qq. cap. 8. nu. 9. & supra ad annum orbis 2899.</i> deprauatè omnino apud Appianū in Lybicus notatur Olympias 160. post hæc nulla Græcis superfuit respub. aut libertas. Eodè quo Corinthus anno euerfa est Carthago à Scipione, anno huius belli Punici tertio, quot annis steterit vide annum 3108, & 3189. historiam de urbis excidio contraxit <i>Sigonius ad an. V. C. 607.</i> urbe 17 dies arsisse scribit <i>Orosius.</i> Scipio inde dictus Africanus. hunc urbis annum notarunt <i>Macrob. lib. 2. cap. 11, ad somnium Scipion. & fasti Consulares.</i> redacta Africa in prouinciam. & facta nunc vestigalis. Adfuisse Scipioni Polybium Megalopitanum scribit <i>Ammian. lib. 24.</i></p> | 607 | 631 158 3 |
| 3859 | 16 | 2 | 35 | | <p><i>Consules Q. Fabius Maximus, Aemilianus, & L. Hostilius Mancinus.</i> De numero Prætorum in Hispania cōtra Viriatum non satis conuenit inter authores <i>Orosium, Florum, & alios.</i> Hoc anno Prætor est in Hispania C. Lælius dictus sapiēs, hic primus docuit Viriatum posse vinci. Lælio in Prætura successit Q. Fabius, filius Pauli Aemilii. Cic. in Lælio meminit vtriusq;. Ionathas obsidet sed frustra arcē Hierosolymitanā hoc anno. <i>Iose. l. 13</i></p> | 608 | 632 158 4 |

Ptolemæi regis Aegypti mors in hunc annum incidisse videtur. supererat ei filius tenellæ ætatis, cuius tutela incumbēbat Cleopatrá defuncti regis vxori ac forori. sed eo ob ætatem præterito, Aegyptii voluerunt regnare demortui regis fratrem, qui dictus est Ptolemæus 7, & *Eusebio* Evergetes; Alexandrinis *Καλεργένης* ex *Athenæo* lib. 12. sub finem. vt reuera pessimus erat. *Straboni* lib. 17. *Phiscon*, *Φίσκων*, seu ventricosus. regnat annis 29. ex *Eusebio*.

Consules. *Seruius Sulpitius Galba*, & *L. Aurelius Cotta*. Fabius superioris anni Consul, nunc Prætor in Hispania pugnat, & vincit Viriatum, cogitque vt in locum tutum se recipiat. *Appian*. *Diodorus* dictus Tryphon, Dux militum veteranorum, Antiochum pupillum, qui est filius Alexandri Nothi ex Arabia reuocatum, regem Syriæ nominari facit; cum omnibus se exosum reddidisset Demetrius iunior. mittitque Antiochum in possessionem Syriæ inferioris, & Antiochiæ. 1. *Machab. cap. 11. vers. 29. & 54. Ioseph. lib. 13. cap. 8. 10. & 12. vide qq. cap. 16. numer. 27. & 28.* hic Antiochus cognominatus est Theos, *Θεός* diuinus. regnatque annis tribus. Idem firmata cum Ionatha amicitia, confirmat ei quæ à prioribus regibus concessa erant. exinde Ionathas pulsus Iudæa externis, renouat fœdus cum Romanis & Lacedæmoniis. & bellum in Arabes suscipit. *Ioseph. & lib. 1. Machab. cap. 12.*

Consules *Appius Claudius Pulcher*, & *Q. Cæcilius Metellus Macedonicus*. In Hispania Viriatus ad extrema quæque redactus erat, cum ei inopinatò accidit victoria contra Quinctium nouum prætorem, qui Fabio successit. quæ res Viriatum longè quàm antea potentiorē effecit. *Appianus*.

Salassi Galli (gens Alpina est, Marquisat de Sallusse) hoc anno mouerunt. Scribit *Orosius* Claudium Consulem ab his victum, decem millia peditum amisisse, & reparata pugna quinque millia hostium cecidisse. hic est qui priuatis sumptibus, inuitoque populo voluit triumphare. nunc Scipio Africanus missus putatur legatus in Græciam, Aegyptum, & Syriam, cum collegis ad regum animos explorandos. *Appian. & Plutarch*. Scipioni comes fuit Panærius præceptor. Tryphon regnum affectans, cum Demetrius esset Parthico bello implicatus, mortem etiam Ionathæ captauit. quam mox ei intulit Ptolemaide. cui succedit Simon frater. tenuitque principatum annis ferè octo. 1. *Machab. cap. 13.* Demetrius redit in gratiam cum Simone, & Iudæam quæ regibus Syriæ vectigalis erat, fecit immunem ab hoc 170 Græcorum anno. *Ioseph. lib. 13. cap. 13.*

| Orbis. | Iudæa. | Syria. | Aegypt. | | V. C. | Olymp. |
|---------------------------|--------|-------------------------|---------|--|-------|-----------------|
| Ptolemæus Phiscon I | | Græc. 168. | | | | |
| 3860 | 17 | Antiochus Theos I | i | | 609 | 633 159 1 |
| | | Græc. 169. | | | | |
| 3861 | 18 | 2 | 2 | | 610 | 634 159 2 |
| | | Græc. 170. | | | | |

| Orbis. | Iud. | Syria. | Aegypt. | 126 | PERIODVS 8. | P. C. | Olympia. |
|--------|------|---------------|---------|-----|--|-------|-----------------|
| 3862 | 1 | 3 | 3 | | <p><i>Consules L. Caecilius Metellus Calvus, & Q. Fabius Max. Seruilianus.</i> Hic Fabius, Fabij Æmiliani frater, succedit Quintio in Hispania, & vario Marte pugnavit cum Viriato. Metello prorogatum imperium contra Celtiberos. vbi sæpe ac feliciter pugnavit, & inter alia, vrbe Trebia potitus est. <i>Appian. Flor. Velleius.</i> In Macedonia Pseudoperseus à Trebellio Quæstore Romano victus occiditur. <i>Europ.</i></p> <p>Anno Græcorum 170 sublatum est iugum gentium ab Israel. cœpitque populus in contractibus apponere nomen Simonis, <i>vt ait author libri 1. Mac. c. 13. vers. 41. 42.</i> Iam vero hoc anno 171, Simon recuperat & mundat arcem Hierusalem, <i>ibidem vers. 51.</i></p> | 611 | 635 159 3 |
| 3863 | 2 | Tryphon. 1 | 4 | | <p><i>Consules Cn. Seruilius Cæpio, & Q. Pompeius Rufus.</i> Fabius Seruilianus rebus prospere in Hispania gestis Viriatum insecutus, oppido inclusum circumvallare cœpit. sed Viriatus inde facta eruptione, exercitum Fabii fugavit; compulsi que in locum asperum & præruptum, vnde nulla erat exeundi facultas. Viriatus honestam captans finiendi belli occasionem, pacem petit his conditionibus, vt quæ quisque haberet manerent, & ipse cum suis inter socios populi Romani haberetur, quæ pax à populo confirmata est. <i>Appianus.</i> addit <i>Florus Epit. 53.</i> hanc pacem æquis conditionibus factam, imposuisse labem Fabio. <i>Orosius similia.</i></p> <p>Pacatis in Iudæa tandem rebus Simon Hircanum filium militibus ducem præficit, & amicitiam renouat cum Romanis, Senatus ei Pontificatum confirmat. <i>Ioseph. & Machab. lib. 1. c. 13. & 14.</i></p> <p>Anno Græcorum 172, Demetrius Nicanor superioris adhuc Syriæ Dominus, bellum inferebat Parthis: sed spe pacis oblata ab hostibus deceptus, cœpitur ab Arface rege, <i>lib. 1. Mach. c. 14. vers. 1. 2. 3. 4.</i> Historiam belli à Demetrio illati Parthis, scribunt <i>Iudas. lib. 38. & Ioseph. lib. 13. cap. 9.</i> Paulo post Tryphon pupillum suum occidit, mortuo iam Ionatha, à quo sibi timebat, regnumque occupat annis duobus, euadens non magis regno, quàm parricidio princeps. Hic siste paululum lector, atque insanam hanc subditorum in principes detestare licentiã. En Tryphonem principis, & pupilli sceleratum occisorem: Cassandrum qui Alexandri magni liberos, & matrem Olympiadem è medio sustulit, Artabanum percussorem Xerxis, & alios atrocissimi criminis ac parricidii reos, quos oppidò multos protulit hæc Chronologia. An non misera tibi videbitur principum conditio, & instabilis rerum maximarum, regnorumque status, ac seditioni semper obnoxius, si subdito & priuato, aut (vt habet nostræ Societatis conforme Constantiensi Concilio decretum) si cuius personæ permittatur in legitimum principem aggressio, ferrique licentiã, quantumuis ille vel ignauiter, vel tyrannicè regnet? Quid enim hoc aliud est quam omnem regnandi rationem velle sub-</p> | 612. | 636 159 4 |

| Orbis | Iudeorū. | Syria. | Aegypt. | | | | |
|-------|----------|---|---------|--|--|-----|-----------------|
| | | | | | uertere. Id quod vel ex vno capite 15. quarti regum sa- tis apparet in regno Israel. <i>vide an. 3209 & dein- ceps.</i> | | |
| 3864 | 3 | 2 <i>Gra. 173.</i> | 5 | | <i>Consules Cn. Lalius sapiens, & Q. Seruilius Capio.</i> Hic Cæpio, qui fratri Fabio successit in Hispania, im- petrat à Senatu vt violaretur pax inita cum Viriato, quem mox curat occidi à suis. sicque dolo non armis sublatus est <i>Viriatu</i> s, & finis impositus huic bello Vi- riatico in Lusitania. Secutum est bellum Numantinum, vbi hoc anno non minus turpiter à Romanis pugna- tum est, victo à Numantinis Q. Pompeio Proconsu- le, & ad pacem quam improbavit Senatus compulsio- de hoc in citeriore & Tarraconensi Hispania nato bello scribunt <i>Appianus, Iulius, obsequens, Orofius & Vel- leius.</i> | 613 | 637 160 1 |
| 3865 | 4 | <i>Antiochus</i> <i>Sed.</i> 1 <i>Græc. 174.</i> | 6 | | <i>Consules Cn. Calphurnius Piso, & M. Popilius Lenas.</i> Pacata vltiore Hispania & Lusitania, bellum Nu- mantinum fortitur Popilius, vbi nihil memorabile gessit. <i>Appian.</i> Tryphon relicta Dora fugit Orthosaidam, & cum insequentem Antiochum timeret, periit mor- te voluntaria. <i>ex Strab. lib. 14.</i> idque anno Græc. 174. <i>ex</i> <i>1. Mach. c. 15. nu. 10.</i> Tandē Antiochus Tryphone pulso, in Iudæos armat Cendebæum, rupta fide quam dederat Ionathæ. Sed hic cum exercitu victus est à Ioanne & Iuda Simonis filiis. mansitque pacata deinceps Iudæa. <i>1. Machab. c. 15. à versu 25 & c. 16. & Iosep. lib. 13.</i> Qui au- tem nunc incipit in Syria regnare, dictus est Antiochus Sedetes à <i>συνήτης</i> (à <i>Iosepho Soter</i>) Demetrii Soteris fi- lius, & iunioris Demetrii vt commemoravi frater. reg- nat annis 9. error est apud <i>Iustinum lib. 35.</i> ab hoc An- tiocho subiugatam Iudæam. Crassus orator hoc anno V. C. nascitur. & Astrologi ac diuinatores pelluntur Româ, toraque Italiâ, <i>Valer. Max. lib. 1.</i> | 614 | 638 160 2 |
| 3866 | 5 | 2 <i>Græ. 175.</i> | 7 | | <i>Consules P. Corn. Scipio Nasica Serapio, & D. Iunius</i> <i>Brutus.</i> Hic posterior, contra Lusitanos quos constat hoc iterum anno mouisse, missus; nihil memorabile gessit. Popilius quoque Numantiâ obsidens fugatus est. <i>Iul. Obsequens, & Frontin. lib. 3.</i> hos coss. carceri mâcipatos ait <i>Cic. lib. 3. de leg.</i> Lex Gabinia lata est de suffragiis per tabellas ferendis. Post biennium ferè lata est lex Cassia de suffragiis per tabulas etiam in iudicio ferendis. cu- ius meminit <i>Cicero in Lelio, in Bruto. & de LL. tertio.</i> Præ- terea anno vrbs 618, lata est lex Fusia, vt certis diebus fastis, agi cum populo non liceret. | 615 | 639 160 3 |
| 3867 | 6 | 3 <i>Græ. 176.</i> | 8 | | <i>Consules M. Æmilius Lepidus Porcina, & C. Hostilius</i> <i>Mancinus.</i> Hic posterior Popilio ad Numantiam suc- cessit. Et vt initio itineris visus est prodigiis deterreri à cœpto, ita pugna illi infelix contigit, fœdus turpe, & funesta deditio. <i>Obsequens. Valer. lib. 1. Flor. Epit. 15.</i> inter tristia auspicia fuit vox illa audita, mane mancine. ne- scitur vnde. Idem narrat <i>Orofius.</i> Bruto Proconsuli pro- | 616 | 640 160 4 |

| Orbis | Jude. | Syria. | Aegypt. | 128 | PERIODVS 8. | V.C. | Olympia. |
|-------|---------------|--------|---------|-----|--|------|-----------------|
| | | | | | rogatum imperium in Lusitania. Hic Lusitaniam urbium expugnationibus usque ad Oceanum perdomuit. <i>Appian. Flor. Epit. 55.</i> sola pene Cinania excepta, quae ne pretio bellum redimere voluit; affirmans se à maioribus non aurum, sed ferrum quo se tueretur accepisse. <i>Strabo. lib. 3. Valer. Max. lib. 6.</i> | | |
| 3868 | 7 | 4 | | 9 | <i>Consules P. Furius Philus, & Sex. Atilius Serranus.</i> Brutus hoc ut videtur anno aduersus Galæcos qui Lusitanis subsidio cum vxoribus venerant, pugnat; & feliciter 40 millia oppressit. <i>Orosi. Velleius.</i> Furius consul, in citeriorem Hispaniam Mancinum vinculum soluedi foederis causa iussu senatus perduxit. <i>Florus Epit. 56.</i> Lepidus proconsul malè cum Vaccæis pugnat. <i>Appian. Orosius.</i> | 617 | 641 161 1 |
| 3869 | Hircani. 1 | 5 | | 10 | <i>Consules Ser. Fulvius Flaccus, & Q. Calpurnius Piso.</i> Hic est primus Hircani annus, qui natu maximus patri Simoni successit. Quem anno Græcorum 177, dolo occisum in vrbe Hierico à Ptolemæo genero vrbs illius præfecto, narrat <i>lib. 1 Machab. c. 16. & Ioseph. lib. 13. c. 13</i> qui Hircano dat annos 30. In Simone finem accipit Machabeorum historia. Narrat idem <i>Iosephus</i> Hircanum nihil à maiorum virtute degenerasse, & post expeditionem Antiochi in Iudæos benignè ab eodem Antiocho habitum, numerasseque regi quas petebat pecunias, reterato Dauidis sepulchro. | 618 | 642 161 2 |
| | | | | | Obsequens notat his consulibus (quos quædam vetus inscriptio edit ad annum V.C. 620) rem malè gestam ad Numantiam, Pisone consule nihil ibi memorabile agente. accedit <i>Appianus.</i> Fulvius consul Vardæos in Illyrico subigit. <i>Flor. Epit. 56.</i> ex Tracibus Scordisci Macedoniam populationibus diuexabant. aduersus hos prosperè pugnat M. Cosconius Prætor. <i>Epit. 56.</i> Bellum seruile nunc in Sicilia exortum narrat <i>Florus & Orosius.</i> Initium bello dedit Eunos natione Syrus. 70 millia in armis reperta sunt: Aliqui prius inchoatum scribunt, saltem nunc renouatum est, antea quidem à Prætoribus, nunc à consulibus gestum. Vt <i>Florus</i> subindicat. | | |
| 3870 | 2 | 6 | | 117 | <i>Consules P. Cornelius Scipio Africanus Æmilianus secundum, & C. Fulvius Flaccus.</i> Huic Sicilia, Scipioni Hispania data. Qui iam quinquagenarius ætatem consularem ab annis septem attigerat Non est ergo nunc solutus lege ætatis; sed Catoniana, quæ iubebat ne quis bis consul fieret. Consulatum nunquam petiit. <i>Cic. de amicitia. vide eundem lib. 6. de Repub. & de apparatu belli</i> Sigonium hoc anno. Primo in Hispaniam aduentu militem ad seuerioris disciplinæ normam probè exercuit, mox Numantinos arcta obsidione cinxit. <i>Florus. Oros. Appian.</i> | 619 | 643 161 3 |
| 3871 | 3 | | | 12 | <i>Consules P. Mutius Scaevola, dictus Iurisconsultus, & L. Calpurnius Piso.</i> Scipio in Hispania prorogato imperio debellauit, & Numantiam belli caput expugnatam excididit, anno 14 à delata Carthagine. <i>Oros. Appianus Obsequens.</i> Rem gestam ad hunc annum narrat <i>Sigonius.</i> Addit <i>Velleius</i> id accidisse anno & tribus mensibus à Scipionis aduentu in Hispaniâ. Ergo Numantini fame | 620 | 644 161 4 |

| Orbis | Iude. | Syria. | Aegypt. | PERIODVS 8. | 129 | V. C. | Olymp. |
|-------|-------|------------------------|---------|--|-----|-----------------|--------|
| | | | | <p>aliisque malis compulsi deditioem faciunt. quam Scipio non nisi exclusa omni exceptione admisit. Paucis ad triumphum reseruatis, reliqui sub hasta venditi, & vrbis funditus euerfa est. Ita <i>Appianus, Florus, & Orofius.</i></p> <p>In Sicilia Pifo consul, Seruili bello feliciter finem imposuit. <i>Obsequens, Frontin. lib. 4. Orofius & alii.</i> Attalus Eumenis filius, dictus Eupater Pergami rex vltimus, populum Romanum testamento hæredem reliquit. <i>vide Strabo. lib. 13. Plutarchus</i> ait accidisse anno quo occisus est Romæ Tiberius Gracchus. <i>Scaliger ad an. Euseb. 1886.</i> refert ad consulatum Claudii & Perpennæ. Sequutus Iulium obsequentem, Triennii dissentio est ab Eusebio. notat <i>Velleius</i> hunc consulatum, præcessisse Vinucii consulatum (cui locum dedi annum Christi 32) annis 162. consul fuit Vinutius ex eodem Velleio anno v. c. 782.</p> <p>Tiberius Gracchus Trib. plebistulit in fauorem populi, legem Agrariam annis 70, ante consulatum Ciceronis & hoc ipso vrbis anno 620. quo etiam occisus est Gracchus, cui vel maximè resistebat P. Scipio Nasica. Nunc primùm Romæ seditione ciuili fusus sanguis est. <i>Valer. Max. lib. 3. Flor. Epit. 58. Dionys. Halicar. lib. 2. Plutar. in Graccho. Appian. lib. 1. belli ciuilis.</i> Lex hæc eò tendebat, ne ciuis vltra 500 iugera ex agro publico haberet. Post 12 annos occisus est C. Gracchus frater Tiberii, ex clarissima familia.</p> | | | |
| 3872 | 4 | 8 <i>Grac. 181.</i> | 13 | <p><i>Consules P. Popilius Lenas, & P. Rutilus.</i> Hoc anno triumphat D. Brutus de Galæcia & Lusitania, quando etiam P. Scipio Africanus triumphauit de Numantia, in quo triumpho 12 millia pondo argenti translata sunt. <i>Ex Plin. lib. 33. c. 11.</i> hos duos nobilissimos triumphos de vltiore & citeriore Hispania in eundem incidisse annum notat <i>Appianus.</i> vltior Hispania nunc primùm putatur ordinata prouincia. Africanus hinc etiam dictus est Numantinus. Aristonicus Attali frater, notus, regnum pergami inuadit, vnde secutum est à Romanis illatum illi bellum. <i>Iusti. lib. 37.</i></p> | 621 | 645 162 1 | |
| 3873 | 5 | 9 <i>Grac. 182.</i> | 14 | <p><i>Consules P. Licinius Crassus, & L. Valerius Flaccus.</i> Hic P. Crassus diues, frater Scæuolæ dicitur à Cicerone in libris de oratore, porrò <i>Gellius lib. 1. c. 13.</i> tradit fuisse eloquentissimum, nobilissimum, iurisconsultissimum, & & pontificem maximum.</p> <p>Geritur nunc bellum Aristonici Asiaticum, hoc est cum Attali filio ex pellice nato. Obtigit hoc bellum Crasso consuli, qui Attalicis diuitiis, & prædæ intentus, inordinata acie pugnavit. Crasso plures reges adfuisse, & Crassum fuso Romano exercitu interfectum tradit <i>Entropius, Florus Epit. 59. Strab. lib. 14.</i> sed interemptum subsequenteribus <i>Coff. docent. Obsequens & Velleius.</i></p> | 622 | 646 162 2 | |

| Orbis | Iudaorū | Syria. | Aeg. JP. | 126 | PERIODVS | V. C. | Olymp. |
|-------|---------|--|----------|-----|--|-------|-----------------|
| 3874 | 6 | Demetrius I Ipermm. I Græ. 183. | 15 | | <p>Consules M. Perpenna. & C. Claudius pulcher. Craffo in Asia successit M. Perpenna consul, qui Aristonico victo Captoque, bellum confecit. tamen ante mortuus Pergami quàm Romam rediret, non triumphauit: subrogatus M. Aquilius insequentis anni consul: qui totas Asiæ vrbes imperio populi Romani subiecit, Attali regnum rededit in formam prouinciæ, & cum Attali opibus ac thesauris, Asiaticas etiam delicias in urbem aduexit, inchoatum iam antea malum à bello contra Antiochum Asiaticum. Regibus qui Romanis auxilio fuerant in bello hoc data prouinciæ, (ex Iustino lib. 37) Phrurgia Mithridati regi Ponti: filiis vero Ariabathis regis Cappadociæ (occidit enim in hoc bello pater) Lycaonia & Cilicia. Ab eo tempore has deuictas prouincias Romani dixerunt Asiam: Strabo. lib. 14. Iustinus citatus, Orosius, Appian. Velleius, Eutrop.</p> <p>Antiochus Syriæ rex, quem cum exercitu iuuit Hircanus, ut ait Ioseph. lib. 13. pugnans aduersus Parthos, primùm feliciter potitur victoria, nec vna tantum. postea tamen (absente Hircano ut scribit idem Ioseph.) victus & occisus est à Parthis. Florus Epit. 59. Iustinus lib. 38. Demetrius Nicanor paulo ante dimissus è carcere à Parthis, ut Antiocho negotium facefferet, nunc Syriæ regnum iterùm recipit: & regnat saltem annis 4. Euseb. refert hoc Florus ad annum 624. quo obiit Scipio. Est hic Demetrius, Demetrii filius, de quo ad annum V. C. 609 610. 612. & 614.</p> | 623 | 647 162 3 |
| 3875 | 7 | 2 Græc. 184. | 16 | | <p>Consules C. Sempronius Tuditanus, & M. Aquilius. Hoc anno inquit Cic. de nat. Deor. P. Africanus sol alter extinguitur est. His consulibus ut narrant Flor. Epit. 59. & Appian. lib. 1. seditio ciuilis excitata à Triumuiris C. Graccho, Fulvio Flacco & C. Carbone, agro diuidendo creatis. quibus cum Scipio aduersaretur, inuentus est manè in cubiculo mortuus anno ætatis 56. ab omnibus laudatus. suspicio fuit dati veneni à Sempronia vxore, quæ soror Gracchorum erat. de morte tamen nulla quæstio lata. Defuncto Scipione exarserunt acrius seditiones Triumuirales. Authores citati & Plutar. De Perpennæ rebus gestis iam dixi.</p> <p>Illyrios hoc anno mouisse, & breui domitos iterùm à Sempronio consule scribit Appianus, Flor. Epit. 59. Carneades Philosophus Academicus obiit hoc 4 anno Olympiadis, ut scribit Diogen. Laert. quando, inquit, accidit lunæ eclipsis illa, vnde ad Christum patientem numerari solent anni 161.</p> | 624 | 648 162 4 |
| 3876 | 8 | 3 Græc. 185. | 17 | | <p>Consules Cn. Octavius Nepos, & T. Annius Luscus. Hiparchus cum aliquos adhuc post Metonem & Calippum defectus anni obseruasset circa lunæ cursum: edidit Cyclum 304 annorum; anno à Calippo 202. Constabatque hic Cyclus quatuor Calippicis. vide Solin. & Ptolem. lib. 5. Almag. c. 3.</p> | 625 | 649 163 1 |
| 3877 | 9 | 4 Græc. 186. | 18 | | <p>Consules L. Cassius Longinus Rauilla, & L. Cornelius Cinnna. Phraates Parthorum rex bellum quod parauerat in Syriam, mouet contra incurfantes Scythas, à quibus ipse cum exercitu cæsus est. substituitur à Parthis Artabanus auunculus. Iustin. lib. 42.</p> | 626 | 650 163 2 |
| 3878 | 10 | Alexander I Græc. 187 | 19 | | <p>Consules M. Æmilius Lepidus & Orelus Orestes. Sardiniam hoc anno mouisse, & iterùm domitam ac subactam ab Oreste scribit Florus Epit. 60. Gracchus ei Quæ</p> | 627 | 651 163 3 |

stor fuit. *Plutarchus in Graccho. Gelli. lib. 15. c. 12.* Hircanus post mortem Antiochi reducens in Asia exercitum, aliquot Syriae vrbes olim Iudaicae ditionis recuperat. euerit quoque templum in monte Gazirin in Samaria. Sed huius euerfionis incertus annus est. Si enim conditum ponatur sub initium Alexandri magni, vt indicat *Eusebius*, & praesertim vt notat ad *Eusebium Scaliger*, anno primo Olymp. 112. & concedamus quod aliqui dicunt, stetit annis 200. oportet euerfionem esse anno 1. Olymp. 162. ac proinde anno V. C. 621. qui fuit annus Hircani quartus, aut certe si nunc tantum excisum est, stetit debet annis 206. caeterum vide *an. 3670.* vbi de eius conditu. Regnat Alexander in Syria vti mox dicam.

Consules M. Plautius Hypsaenus, & M. Fuluius Flaccus. Author est *Valerius c. de superbia*, hunc Fuluium voluisse perniciosas inducere leges, de danda ciuitate, & prouocatione ad populum. addit *Appianus lib. 1.*, ab eodem consule palam excitatos Italos, vt peterent ciuitatem. & idem nominandi ius quod habebat Romani in electione magistratus: & quia negatum hoc fuit, sequuta inde est Fregellana coniuratio ac defectio. sed hos Fregellanos conpescuit L. Opimius Praetor, & Fregellas excidit. *Appian. Florus, Epit. 60.* de Italis primum in spem Romanae ciuitatis erectis passim alii. *Vide Ciceronem in 2. Agraria.*

Exortum nunc bellum Allobrogicum. belli causam Salyes populi dederunt; quod Massiliensium, populi Rom sociorum fines inuasissent. Salybus accesserunt Allobroges, Ruteni & Aruerni. *Florus Epit. 60. Obsequens, & Marcellinus lib. 15.* Anno Graecorum 188 qui nunc excurrit. scripta est illa Epistola, hoc est liber secundus Machabeorum, de qua 2. Math. i. vers. 10. & qq. c. 16. nu. 20.

Syriae rex Demetrius anno qui proximè praecessit, sollicitatus à Cleopatra contra Ptolemaeum, inuasit Aegyptum, spe regni illius concepta. Eo absente à Syria, rebellant cum Antiochenis ciuitates multae, excitato ad regnandum quodam Tryphone, *ex Iustino lib. 39.* Ptolemaeus interim in Demetrium suscitauit Alexandrum Zebennam mercatore Aegyptio progenitum, ab Antiocho dicebatur adoptatum. *ex Iustino citato.* Hic Demetrium apud Tyrum acie victum occidit, & regnat iam anno 2. alii aliter de morte Demetrii. Regnatum ab Alexandro iuxta Eusebium annis duobus in maxima Syriae parte. Reliquum filius suis retinuit Cleopatra, duorum fratrum Antiochi & Demetrii vxor. Ex tribus Cleopatrae filiis, ipsa curauit occidi postea Seleucum; & regno huic quod tenet praeficiet alteram filium, qui Antiochus Grypus Γρυπός dictus est à naso adunco. Hic tandem matre extincta veneno, & pulso Alexandro, solus regnans bellum geret cum fratre Antiocho Cyziceno, Cleopatrae filio tertio. Hic nomen habet à ciuitate Cyzico vbi educatus est. *Ioseph. Appian. & alii.*

Consules C. Cassius Longinus, & C. Sextius Calpinus. Consul Fuluius successit Sextius, contra Salyes aut Saluios missus, à quo Salyes anno insequente cum esset prorogato imperio proconsul, penitus deleri sunt. Hic Coloniam aquas Sextias condidit (Aix en Prouence) ob aquarum copiam, & à nomine suo sic appellatas. *Flor. Epit. 61. Velleius, Strabo lib. 4. meminit Solinus c. 8.*

3879

11

2

20

Gra. 188.

3880

12

1

21

Grypus.

Gra. 189.

628

652

163

4

629

653

164

1

PERIODVS 8.

| Orbis | Iudeoru. | Syria. | AEGYPT. | 132 | V. C. | Olympia |
|-------|----------|--------|---------|--|-------|-----------------|
| 3881 | 13 | 2 | 22 | <p>Hic annus est, quo Cleopatra filium Antiochum Grypum Syriae regem constituit, & nunc quidem nomine tantum, retenta sibi administratione. florent Aecius & Pacuius poetae Latini.</p> <p><i>Consules Q. Caecilius Metellus, & T. Quinctius Flaminius.</i> Balearicum bellum gestum. Nam cum ex Balearibus (Maiorica & Minorica) pauci cum praedonibus conspirassent, Metellus consul (Macedonici filius) criminatus vniuersos; Baleares domuit, condiditque Colonias, dictus Balearicus, <i>Strab. lib. 13. Obsequens. Florus.</i> triumphasse iam dicitur Fuluius de Liguribus montanis & Vcontis, qui post Salyas, <i>inquit Strabo</i>, tenent montana, (Montenis) <i>Fasti Capitol. C.</i> Gracchus (nunc primum, ipse Tribunus plebis) de forensibus litibus iudicium, lege statuit pertinere deinceps etiam ad equites. <i>Patercul. Plutar. in eius vita.</i> Carthago fit Colonia ex <i>Eutropio.</i> & <i>Plutarco in Graccho.</i> Iunonia inquit dicta inde est.</p> | 630 | 654 164 2 |
| 3882 | 14 | 3 | 23 | <p><i>Consules Cn. Domitius Aenobarbus, & C. Fannius Strabo.</i> Prior consul feliciter rem gerit cum Aruernis & Allobrogibus, qui Saluorum causa mouisse narrantur. <i>Sueton. in Nerone. & Eutrop. Epit. 61.</i> victi graui bello ad oppidum Vindalium, fuso hostium equitatu ad nouam Elephantorum formam, <i>Orosius.</i> Locum pugnae dat <i>Strabo</i>, vbi commisceatur Rodanus & Sulga (gallice Sorgne) De orge fonte <i>Plin. lib. 18. c. 22.</i> & <i>Petrarcha in Epistolis.</i> Scribunt <i>Linus & Flor. Epit. 60.</i> occisum his Coff. in Syria Seleucum de quo ad an. v. c. 618. Tandem Ptolemeus Aegypti Rex infensus Alexandro quem miserat regem in Syriam, reconciliatur forori Cleopatrae, & victo caesoque Alexandro Grypum nepotem toti iam regno praefecit regem. Hic post occisam a se matrem Cleopatram, regnat <i>inquit Eusebius</i> annis 12. sed post 8 annos si creditur <i>Iustino</i>, bellum illi esse cepit cum fratre Cyziceno. Incerti sunt horum anni. <i>Iosephus</i> Grypum pacis tum belli annos dat 29. quorum 17 dat Cyziceno <i>Eusebius.</i> Hircanus renouat amicitiam cum Romanis, anno principatus sui 14, & Graecorum anno 191. <i>Ex Iosep. lib. 13. Antiq. c. 16.</i> hos etiam dat consules (vbi pro Flaminio restituit Fannium) ex quo apparet eum anno integro errare in dando anno 4. Olymp. 164. Promulgatur Lex Caesia de suffragiis a populo, etiam in iudicio perduellionis ferendis, non voce sed tabulis. meminit <i>Cic. de LL. lib. 3.</i></p> | 631 | 655 164 3 |
| 3883 | 15 | 4 | 24 | <p><i>Consules L. Opimius, & Fabius maximus Aemilianus.</i> His Coff. C. Sempro. Gracchus, Tiberii frater, dum armis seditiosas quas Tribunus plebis leges tulerat, tueri ne antiquarentur conatur, occisus est a consule Opimio, annis 12 a caeso fratre. <i>Velleius, & Plutar. in eius vita. Florus & Orosius.</i> Caesus in eadem seditione Fuluius Flaccus qui de Gallis triumphauit, & cum Graccho auentinum obtinuerat. <i>Appianus.</i></p> <p>Fabius Consul Pauli nepos, ducto contra Allobroges exercitu, bellum confecit. Caesa hostium 120 millia. Bituitus Aruernorum rex in custodiam datus. <i>Florus Epit. 61. addit Caesar lib. 1. de bello gallico,</i> Aruernos & Rutenos non fuisse a Fabio in prouinciam redactos; nec stipendium illis impositum. Hoc tamen bello Narbonensis Gallia in prouinciam redacta est. & decretum vt quod tannis eo</p> | 632 | 656 164 4 |

tannis eò mitterentur Prætores Romani. *Iul. Obsequens. Strabolib. 4. Appian. Orosius. Plin. lib. 7. c. 50. Fabius inde dictus Allobrogicus. Velleius.*

Consules P. Manilius Nepos, & C. Papirius Carbo. Optimus & qui cum eò mortem Graccho intulerunt, accusantur, & impunè dimittuntur Cic. lib. 2. de Orat. Flor. Epit. 61. hic Carbo antea plebis partes sequutus, post ad optimates se contulit.

Consules L. Cæcilius Metellus, & L. Aurelius Cotta. Circa hunc consulatum cœpisse videtur regnare in Ponto Mithridates dictus Evergetes. Filius illius qui dictus est Mithridates Eupator. regnavit ex Appiano annis 57. & plusquam 30 annis bellum gessit cum Romanis. vir adeò affuetus antidotis contra venenum, vt cum volebat veneno perire non potuerit.

Consules M. Porcius Cato annorum vrbis collector, & Q. Marcius Rex. Hic Cato, filius Censorii est. Africa hoc anno propter aliquot vt putatur motus, facta est consularis prouincia, & Catoni consuli decreta; quem in prouincia obiisse testatur Gell. lib. 13. alter vero consul Q. Marcius Sarnos gentem Alpinam expugnauit. Flor. Epit. 62. Moritur Micipsa rex Numidiæ, duo illi filii superstites mansere, Adherbal, & Hiempsal, & notus Iugurtha Salust.

Consules L. Cæcilius Metellus, & Q. Mucius Scæuola dictus Augur. qui authore Cicerone, Iuriscultorum sui temporis nulli fuit secundus. Metellus Dalmatas subegit, & inde Dalmaticus nuncupatus. Flor. Epit. 62.

Ptolemæus huius nominis à Lago octauus, mortuo fratre Evergete regnabit, idque annis 17 ex Eusebio. Hic Phiscó dictus est, à quibusdam Lathurus quasi reuersus ad regnum. Sed quia phiscon annos regni 29 cōplenit; huic Lathuro sedes dabitur ad annum v. c. 638.

Consules L. Licinius Geta, & Q. Fabius maximus Eburnus. Triumphat quidem hoc anno Metellus de Dalmatis, anno consulatus, vt scribunt victis. tamē Appianus ait nulla eorum culpa, sed triumphandi libidine bellum illis fuisse illatum. nascitur Varro collector annorum. v. c.

Consules M. Aemilius Scaurus & Cæcilius Metellus. Hic posterior est filius tertius Metelli Macedonici qui nunc diem clausit; de quo lege Paterculum. Scaurus missus contra Ligures victor triumphauit. Fasti capit. Hic Censor strauit viam Æmiliã. De eius singulari in exercitum imperio, & de arbore in pedè castrorum intactis fructibus relicta, vide Frontinum lib. 4.

Hic annus est noui regis in Ægypto, vt attigi ad annum vrbis 636. nempe quo post mortem fratris incipit regnare Ptolemæus Lathurus λαθουρος. Sic eum vocat Clem. 1. Stromat. Ab hoc rege vsque ad Dionysium, non conuenit omnino inter scriptores de singulorum regum annis. Mercator tantum 15 annos dat huic regi ex Epiphano. Omnes tamen dāt Alexandro annos 10. & huic eidem Lathuro fere 8. post regressum in regnum, nempe post pulsum regno

| Orbis | Iudeorū | Syria | Ægypt. | | V. C. | Olympia |
|-------|---------|-------|--------|--|-------|-----------------|
| 3884 | 16 | 5 | 25 | tannis eò mitterentur Prætores Romani. <i>Iul. Obsequens. Strabolib. 4. Appian. Orosius. Plin. lib. 7. c. 50. Fabius inde dictus Allobrogicus. Velleius.</i> | 633 | 657 165 3 |
| 3885 | 17 | 6 | 26 | <i>Consules P. Manilius Nepos, & C. Papirius Carbo. Optimus & qui cum eò mortem Graccho intulerunt, accusantur, & impunè dimittuntur Cic. lib. 2. de Orat. Flor. Epit. 61. hic Carbo antea plebis partes sequutus, post ad optimates se contulit.</i> | 634 | 658 165 2 |
| 3886 | 18 | 7 | 27 | <i>Consules L. Cæcilius Metellus, & L. Aurelius Cotta. Circa hunc consulatum cœpisse videtur regnare in Ponto Mithridates dictus Evergetes. Filius illius qui dictus est Mithridates Eupator. regnavit ex Appiano annis 57. & plusquam 30 annis bellum gessit cum Romanis. vir adeò affuetus antidotis contra venenum, vt cum volebat veneno perire non potuerit.</i> | 635 | 659 165 3 |
| 3887 | 19 | 8 | 28 | <i>Consules M. Porcius Cato annorum vrbis collector, & Q. Marcius Rex. Hic Cato, filius Censorii est. Africa hoc anno propter aliquot vt putatur motus, facta est consularis prouincia, & Catoni consuli decreta; quem in prouincia obiisse testatur Gell. lib. 13. alter vero consul Q. Marcius Sarnos gentem Alpinam expugnauit. Flor. Epit. 62. Moritur Micipsa rex Numidiæ, duo illi filii superstites mansere, Adherbal, & Hiempsal, & notus Iugurtha Salust.</i> | 636 | 660 165 4 |
| 3888 | 20 | 9 | 29 | <i>Consules L. Cæcilius Metellus, & Q. Mucius Scæuola dictus Augur. qui authore Cicerone, Iuriscultorum sui temporis nulli fuit secundus. Metellus Dalmatas subegit, & inde Dalmaticus nuncupatus. Flor. Epit. 62.</i> | 637 | 661 166 1 |
| 3889 | 21 | 10 | 30 | <i>Ptolemæus huius nominis à Lago octauus, mortuo fratre Evergete regnabit, idque annis 17 ex Eusebio. Hic Phiscó dictus est, à quibusdam Lathurus quasi reuersus ad regnum. Sed quia phiscon annos regni 29 cōplenit; huic Lathuro sedes dabitur ad annum v. c. 638.</i> | 638 | 662 166 2 |

| Orbis | Inde. | Syria. | Aegyptus | 136 | PERIODVS 8. | V.C. | Olympic. |
|-------|-------|-------------------------|----------|--|--|-------------------|----------|
| | | | | | regno Matricidam Alexandrum. cui toti interuallo <i>Clemens Alex. 1. Strom.</i> dedit annos 36. discrepantia hæc forte triennii est, nisi quis velit interualli huius etiam extremos putari annos, ab aliis tantum interiectos. factis est contare de toto interuallo. Nec minor ferè est de nominibus discrepantia. Laturus ab <i>Epiphano Soter</i> vocatur. Ab <i>Eusebio</i> tum <i>Soter</i> , tum <i>Φουρναν</i> . | | |
| 3890 | 22 | 11 | 2 | <p><i>Consules M. Acilius Balbus, & C. Porcius Cato</i> Hic posterior bellum Sordiscis in Thracia intulit, & ignominiosè pugnavit, inquit <i>Entrop. Et Flor. Epit. 63.</i> at substitutus <i>T. Didius prætor</i>, horum insolentiam compefcuit, & triumphasse putatur.</p> <p>In Syria, <i>Cleopatra</i> repudiata à <i>Ptolemæo Lathuro</i>, dat se in potestatem <i>Antiochi Cyziceni</i> (de quo 3892.) & bellū cū <i>Grypo</i> mouit, quod inter duos hos fratres non nisi morte finitum est. <i>Euseb. Ioseph. & Iustin. lib. 39.</i></p> | 639 | 663 166 3 | |
| 3891 | 23 | 12 | 3 | <p><i>Consules Q. Cecilius Metellus Caprarius, & Cn. Papirius Carbo.</i> Ambo Metelli, consul & alter, duo inquam fratres triumpharunt eodem die: Proconsul quidem de Sardinia quæ iam rebellauit: de Macedonia vero consul <i>Entrop. Ruffus Velleius</i>.</p> <p>Cimbros hoc anno arma mouisse, & superato Carbone stragem Romanorum edidisse, scribunt <i>Tacitus de moribus Germ. Entrop. Obsequens, Florus & Plutarchus in Mario</i> Hunc vrbis annum expressè rectèque notat <i>Tacitus</i>, & cœptum hoc bellum Cimbricum seu Teuton cum annis 210 ante consulatum Traiani. Victum in Illyrico Carbonem plures tradunt. Apparet post hanc victoriam quieuisse Cimbros, vsque ad <i>Silani</i> consulatum.</p> | 640 | 664 166 4 | |
| 3892 | 24 | 13 Cyzicenus I | 4 | <p><i>Consules M. Linius Drusus & Calpurnius Piso Cesonius.</i> Hic Drusus, est filius <i>C. Drusi</i> qui consulatum gessit anno 606 <i>ex Cicer. in Bruto</i>. Alter vero est auuus <i>L. Pisonis</i>, foci <i>C. Cæsaris</i>, <i>ex ipso Casare lib. 1. de bello Gallico</i>. <i>Didius</i> prosperè pugnans <i>Scordiscos</i> vagantes cōpulsit in suam Thraciam, at <i>Drusus</i> nunc consul vltèrius egit, & vetuit transire Danubium. <i>Florus Ruffus. fasti Capitol.</i></p> <p><i>Antiochus Cyzicenus</i> filius <i>Antiochi</i> qui dicebatur <i>Sederes</i>, occupat partè <i>Syriæ</i>, & regnat ibi annis 17, <i>ex Eusebio. vide Iosephum.</i> de eius bello in fratrem dixi anno 639.</p> | 641 | 665 167 1 | |
| 3893 | 25 | Gry. 14 Cyz. 2 | 5 | <p><i>Consules P. Cornelius Scipio Nasica, & L. Calpurnius Bestia.</i> Gallos Cimbri, & Siculos serui vexant. <i>Appia.</i> Nunc cœptum est bellum Iugurthinum, his in quâ annis, & cōsulibus, <i>Historiâ</i> dat <i>Salustius</i>. <i>Iugurtha</i> <i>Micipsæ</i> filius nothus sed adoptatus, & regnum affectans: primum fratrem <i>Hiemsaem</i> necat structis insidiis; <i>Senatum Romanum</i> & <i>Legatos</i> pecuniis corrumpit: ac demum occiso altero fratre <i>Adherbale</i>, bellū ei à Romanis indictum. In quem missus <i>Bestia</i> consul, regia pecunia captus pacem constituit ignominiosam; quâ improbauit <i>Senatus. Salust. Entrop. Flor. Orosius.</i></p> | 642 | 666 167 2 | |
| 3894 | 26 | Gry. 15 Cyz. 3 | 6 | <p><i>Consules M. Minucius Ruffus, & Sp. Posthumius Albinus.</i> In <i>Iugurtham</i> missus <i>Albinus</i>, cogitur fuso Romano exercitu ad turpem pacem, quam non probauit <i>Senatus. Anthores citati.</i> <i>Minucius</i> consul iterum vin-</p> | 643 | 997 167 338 | |

| Orbis | Iudaoria | Syria. | Aegypt. | PERIODVS 8. | 135 | V. C. | Olymp. |
|-------|----------|--------------------------|---------|---|-----|-----------------|--------|
| 3895 | 27 | Gryp. 16 Cyz. 4 | 7 | <p>cit Scordifcos & Dacos. <i>Flor. Eutrop.</i> Cimbri qui per Gallias perrumpere nitebantur in Hispanias, repulsi à Gallis diuertunt ad Italiam. <i>Casar. commen. lib. 7.</i></p> <p><i>Consules Q. Cæcilius Metellus, & M. Junius Sillanus.</i> Metello consuli obuēnit Numidiæ bellum cum Iugurthā. hic duobus præliis grauibus vicit Iugurtham, & prorogato in alterum annum imperio, demum anno tertio; sub cōsulatu Marii Romam rediit, & triumphauit. <i>Salustius.</i> dictus inde Numidicus. <i>Velleius lib. 2.</i> Narrat <i>Eutrop.</i> Mariū (qui claruit in hoc bello sub Metello, eiq; postea successit) quoq; triūphasse de Iugurtha.</p> <p><i>Q. Seruilius Cæpio</i> in vltiore Hispania rebellātes Lusitanos domat. <i>Appian.</i> Cimbri Hispania & Galliis exclusi, veniunt in Italiam. In hos missus Sillanus cōsul, qui primum Barbarorum impetum non potuit sustinere. <i>Florus & Padianus in Cornelianam.</i></p> <p>Mithridates Ponti Rex, circa hoc tempus Scythas vincit, & Ponti regiones integras suo subdit imperio. <i>Vide Iustinum lib. 37.</i> Hircanus Samariam obsidet, prius recuperatis aliquot vrbibus, quæ olim Iudaicæ erant iurisdictionis. Cyzicenus vt obsessam liberaret ciuitatem, bis cum exercitu Iudæos inuasit, & bis fufus ac fugatus: primū ab Antigono & Aristobulo Hircani filiis, qui præerant obsidioni: deinde ab aliis Iudæis capta post annum & euerfa est Samaria, nec prius quàm ab Herode restituta est, qui reparatam vocauit Sebasten. <i>Ioseph. lib. 13.</i></p> | 644 | 668 167 4 | |
| 3896 | 28 | Gry. 17 Cyz. 5 | 8 | <p><i>Consules Seruius Sulpitius Galba, & M. Aurelius Scaurus.</i> scribunt <i>Velleius. Tacit. de Morib. Ger. & Quintil. Declam. 3.</i> Scaurum hunc missum in Cimbros, & tertiam tunc cladem à Cimbris accepisse Romanos, cæsumque consulem Scaurum.</p> | 645 | 669 168 1 | |
| 3897 | 29 | Gryp. 18 Cyz. 6 | 9 | <p><i>Consules L. Cassius Longinus, & C. Marius.</i> Numidia obrigit Mario. Qui Iugurtham fugauit, & mox eum cū Boccho Mauritaniæ rege vicit memorabili prælio. <i>Salust.</i> In hoc bello cum Mario militabat Sulla. Nunc putatur diem obiisse Parthorum rex Artabanus, Dynastiæ suæ septimus rex, Post quem regnarunt Pacorus huius nominis primus, & Phraates huius nominis secundus, qui cum Tigrane bellum gessit. Ita hos reges recentent. <i>Plutar. Dion. Xiphil. & Florus.</i> Dissentiente <i>Iustino. lib. 42.</i></p> <p>Tigurini, Galli nuncupati, Helueticorum (vbi hodiè est Tigurinus, Zurich) fines egressi, Allobroges socios populi Romani infestabant. In eos missus Cassius Longinus consul cæsus est, & exercitus Romanus sub iugum missus. <i>Casar. lib. 1. & Orosius.</i></p> | 646 | 670 168 2 | |
| 3898 | 30 | Gry. 19 Cyz. 7 | 10 | <p><i>Consules Q. Seruilius Cæpio, & C. Attilius Serranus.</i> Bocchus timens sibi à Romanis, impetrata delicti gratia, Iugurtham ad se amicè vocatum tradit viuum Romanis. & Numidia venit in potestatem S. & populi Romani. De qua post annum triumphauit Marius. Eò interim tempore inter Marium & Syllā exortæ inimicitia, ex quibus postea bella ciuilia exarserūt grauissima. <i>Salusti. & Plutarch.</i> Mouerunt eodem tempore Tectosages & Tolosates arma in Romanos. in eos missus Cæpio consul hostem profligauit, capta vrbe Tolosa. Tunc è Tolosano templo ablatum à</p> | 647 | 671 168 3 | |

| Orbis | Iudæorū. | Syræ. | AESP. | 136 | PERIODVS 8. | V. C. | Olympias |
|-------|-------------------|--------------------------|-------|-----|--|-------|-----------------|
| | | | | | <p>Romanis aurum. Sed quisquis ex ea direptione aurum attigit, miserè periisse narratur. <i>Ofor. Entro. Strabo lib. 4. Gell. lib. 3. & Iustin.</i></p> <p>Cicero nascitur his consulibus mense Ianuario, exēte anno vrbis 646. <i>Gellius lib. 15. & Plutar. in eius vita.</i> Nascitur iisdem Coss. Pompeius magnus ex <i>Paterc.</i> Idq; vltimo Septēb. <i>ex Plin. lib. 37.</i> ac proinde an. V. C 647. post quadriēniū Archias poeta venit Romā.</p> <p><i>Consules P. Rutillius Ruffus, & Cn. Manlius.</i> Si quod scribit <i>Appianus</i> durauit bellum Mithridaticum annis 42. (confectum tandem à Pompeio) debet nūc ccepisse, fere nascente eodem Pompeio. nunc enim iacta saltē sunt semina, dataque causa illius belli, quando oppressa à Mithridate Cappadocia, Ariobarzanes electus à Cappadocibus rex contra Mithridatem Romā venit, suppetias impetraturus. <i>Iustin. lib. 37. & 38.</i></p> <p>Cimbri & Tigrini arma mouent confœderati in Romanum imperiū. In hos ire iubetur Manlius cōsul & Cæpio Proconsul, prorogato illi imperio. Sed dū Romani duces inuidia & contentione disceptant, victi à barbaris sunt. ingens clades accepta, & quā Aliensi ferè parē facit <i>Iustinus.</i> eandem latius describit <i>Orosius.</i> vide <i>Florū & Entropiū.</i> Cæpio Romā vocat, morti addicitur.</p> <p>Hircanus Princeps Iudæorū moritur, idēque sūmus Pontifex, exactis principatus annis 30. succedit filius Aristobulus, princeps & primus rex post captiuitatem. regnat anno vno. <i>Ioseph. lib. 13. Antiq. c. 18.</i> Sed ineptē numerat <i>Iosephus</i> huc vsq; à soluta captiuitate annos 481.</p> | | |
| 3899 | Aristobulus. I | Gry. 20 Cyz. 8 | II | | | 648 | 672 168 4 |
| 3900 | Iāneus I | Gry. 21 Cyz. 9 | 12 | | <p><i>Consules C. Marius secundum, & C. Flauius Fimbricia.</i> Ab Aristobulo primo post captiuitatem Iudæorum rege, narrat <i>Iosephus</i>, oecisos Antigonum fratrem, & matrem. Exacto regni anno moritur. Succedit frater Iamneus, dictus etiam Alexander. qui regnat ex <i>Iosepho.</i> an. 27 completis. Cimbri hoc anno impetum fecere in Hispaniam citeriorem, sed repressi sunt à Celtiberis. <i>Florus, & Plutar. in Mario.</i> Cimbri in regressu per Gallias coniunxerunt se Teutoniis. Aliqui hunc consularum referunt ad annum qui proximè præcessit ex eclipsi solis quam dat <i>Obsequens.</i> Sed annorum inæqualis ratio, variaque ante & post cæsarem, aliaque suis locis disputata, faciūt vt de hac eclipsi discrepent authores non parum.</p> | | |
| 3901 | 2 | Gry. 22 Cyz. 10 | 13 | | <p><i>Consules C. Marius tertium, & L. Anrelins Orestes.</i> Quia expectabantur etiam hoc anno Cimbri in Italia, & finibus Romani imperii, tertium consul creatur Marius, metu inquam Cimbrici belli. Verum cum nec hoc anno mouerent Cimbri, Marius tempus totum posuit in apparatu bellico. <i>Plutar. Paterculus.</i> Circa hunc annum latæ Romæ leges maiestatis & de Coloniis. Et post biennium lex Cæcilia Didia, ne de multis rebus coniunctim vna rogatione ad populum referretur. Meminit. <i>Cic. Philip. 5. & pro domo sua.</i></p> | | |
| 3902 | 3 | Gry. 23 Cyz. 11 | 14 | | <p><i>Consules C. Marius quartum, & Q. Lutatius Catulus.</i> Cimbri adiunctis Teutonibus, Ambronibus, & Tigrinis per Gallias & per Noricum in Italiam mouent. Lutatius Cimbris in Noricis se opponit: Marius reliquis in Gallia. Vbi ad aquas Sextias Ambrones & Teutones gemino prælio cecidit. <i>Plutar. in Mario.</i></p> | | |
| | | | | | | 650 | 674 169 2 |
| | | | | | | 651 | 675 169 3 |

| Orbis | Inde. | Syria. | Aegypt | PERIODVS 8. | 137 | V.C. | Olympia. |
|-------|-------|--------------------------|----------------------------|---|-----|-----------------|----------|
| 3903 | 4 | Gry. 24 Cyz. 12 | 15 | <p>scribit <i>Oforius</i> caesa hostium 200 millia, & 80 millia capta. <i>Vellei. Florus.</i> Deinde Marius aduersus Cim-bros, à quibus premebatur <i>Catulus</i>, exiuit. Oblatū triū-phū distulit, donec Cim-bros vinceret. <i>Citati authores.</i></p> <p><i>Consules C. Marius quintum, & M. Aquilius.</i> Cūm <i>Catulus</i> proconsul à Cimbris premeretur, Marius posthabito de Gallis triumpho accurrat, aduocatis è Gallia copiis. Signa cum hoste collata in Agro Ver-cellen-si. & Cimbris funditus deletis feliciter pugna-tum est, inquit <i>Valer. lib. 5.</i> plura <i>Plutar. Florus.</i> Pugna in Iulium incidit. Caesa hostium 140000 millia. cap-ta 60000. <i>Florus</i> tamen in Venetia ad Athesium Ver-ronæ fluuium (quem sequitur <i>Sigonius</i>) pugnatum scribit. <i>Plutarchus</i> agrum dat Vercellensem. Marius vno contentus triumpho est, cūm offerrentur duo. & qui antea vt nouo homini inuidebant ob tantos honores Mario, nunc fatebatur conseruatam ab eo rempub. <i>Flor. Epito. 68.</i> scribit <i>Obsequens</i> his etiam con-sulibus deuictos Lusitanos.</p> | 652 | 676 169 4 | |
| 3904 | 5 | Gry. 25 Cyz. 13 | 16 | <p><i>Consules C. Marius sextum, & L. Valerius Flaccus.</i> Artibus Saturnini Tribuni plebis, Marius sextum consul creatur. Saturninus seditionem concitat, lege ab eo lata ex sententia Marii consulis, vt quem agrū Marius pulsus Cimbris in Gallia armis peperisset, is populo Romano diuideretur. Et Metello Numidico in legem hanc popularem non iuranti diem dixit. Metellus, ne caedes fieret exilium voluntarium ele-git. Marius abeunti interdixit aqua & igni. Sed cūm Saturninus etiam C. Memmium interfecisset, man-dat Mario Senatus ne quid respub. detrimenti ca-piat. Marius Saturninum qui in Capitolium confu-git captum occidit, eiusque aedes diruit à fundamen-tis. <i>Appian. Plutar. Flor. Valeri. M. Aquilius</i> Proconsul in Sicilia bellum seruile secundum ab Athenione pastore excitatum nunc confecit. <i>Flor. Epit. 69. Cicero & alii.</i> Scribit <i>Athen. lib. 5.</i> triumphasse proconsu-lem. Nascitur his consulibus C. Iulius Caesar 12 <i>Iul. Dion. & Macrob. 1. Saturnal.</i></p> | 653 | 677 170 1 | |
| 3905 | 6 | Gry. 26 Cyz. 14 | 17 <i>Alexāder</i> 1 | <p><i>Consules M. Antonius, & A. Posthumus Albinus.</i> Re-uocatus est ab exilio his <i>Coss. Q. Metellus Numidic-us</i>, ingenti ciuium fauore. <i>Fenestella</i> tradit nunc pri-mum Romæ, in Circo pugnasse elephantos. & <i>Plin. lib. 8. c. 7.</i> qui notant annum vrbis 655. Lusitani rebel-lantes victi à L. Cornelio Dolobella Præto-re, vt ob-seruat <i>Sigonius.</i> Laturus hoc anno regni sui 16, displi-cuit matri suæ Cleopatraz, quem illa proinde in Cy-prū abegit, reuocato inde fratre ipsius Alexādro, qui deinceps regnabit cum matre annis 10. ex <i>Eusebio & Ptolemæus Alexander</i> solet vocari. <i>Iustin. Pausan.</i></p> | 654 | 678 170 2 | |
| 3906 | 7 | Gry. 27 Cyz. 15 | 2 | <p><i>Consules Q. Cæcilius Metellus Nepos, & T. Didius.</i> Po-sterior hic in citeriorem Hispaniam missus, 20 millia <i>Areuaccū</i> occidit, vrbibus aliquot receptis. <i>Appianus. & Frontin. lib. 2.</i> Termestinatorum vrbes mœnibus nu-dauit. Addit <i>Plutarchus Q. Sertorium Didio</i> fuisse Tribunum milicum. Narrat <i>Iosephus</i> rebellantem Ptolemaidem obsessam ab Alexandro Iudæorum re-ge. Euocatum tamen è Cypro Laturum ab obsessis, effecisse vt solueretur obsidio.</p> | 655 | 679 170 3 | |

| Orbis | Indiciorū | Syria. | Aegypt. | 138 | PERIODVS 8. | V. C. | Olymp. |
|-------|-----------|-----------------------------|---------|-----|---|-------|-----------------|
| 3907 | 8 | Grypus. 28 Cyz. 16 | 3 | | <p><i>Consules Cn. Cornelius Lentulus & P. Licinius Crassus</i> qui pater est M. Crassi, æqualis Pompeii magni, & qui iam consul fortitur Lusitaniam, successor vt putatur Dolabellæ. <i>Strabo lib. 3. Flor. Appian.</i> Senatusconsultum de non immolandis hominibus viuis. <i>Plin. lib. 30. c. 1.</i></p> | 656 | 680 170 4 |
| 3908 | 9 | Gry. 29 Cyz. 17 | 4 | | <p><i>Consules Cn. Domitius Ahenobarbus, & C. Cossius Longinus.</i> Ptolemæus in Lybia Cyrenarum rex, dictus Apion, moriens populum Romanum hæredem reliquit. Senatus ciuitates eas iussit esse liberar vt scribit <i>obsequens.</i> Tamen <i>Iustinus lib. 40.</i> regnum illud prouinciam factam scribit. De anno non conuenit inter authores. Laturus iratus Iudæis ob fœdus inter Alexandrum Iudæorum regem & Cleopatram, bellum infert Iudæis. idque vario Marte protrahitur, adiuuante Iudæos Cleopatra. <i>10/ep.</i></p> | 657 | 681 171 1 |
| 3909 | 10 | Seleucus Grypi. F. 1 | 5 | | <p><i>Consules L. Licinius Crassus, & Q. Mucius Scauola.</i> Cum Italici populi tenerentur magna cupiditate ciuitatis Romanæ, & ob id iam magna pars pro ciuibus Ro. se gereret, lata est lex Mucia Licinia; vt quisque in suæ ciuitatis ius redigeretur. quæ res præcipua causa fuit belli Italici post triennium exorti. <i>Appian. Q.</i> Mucius consul Asiam rexit, idque sanctè & fortiter, vt scribit <i>Valer. lib. 8. Flor. Epit. 70.</i> hunc Cicero inter claros oratotes recenset, qui etiam inter primos iurifconsultos habitus est. Florere incipit Hortensius orator. Pacorus, primus huius nominis apud Parthos rex, contrahit cum Romanis amicitiam. <i>Plutar. in Sylla.</i> Tigranes sub idem tempus vtramque Armeniam possidere incipit integram. Antiochus Grypus exactis 29 annis in Syria occiditur à quodam Heracleone. Successorem regni reliquit Seleucum filium à quo victus Cyzicenus perit paulò post fugam incendio. <i>10/eph. lib. 13. c. 19.</i> & quamuis non habeatur quandiu regnauerit hic Seleucus, damus illi annos 5, ex coniectura historiar.</p> | 658 | 682 171 2 |
| 3910 | 11 | 2 | 6 | | <p><i>Consules C. Cælius Calpurnius, & L. Domitius Ahenobarbus.</i> Rebellâtes Celtiberos repressit Fuluius Flaccus Prætor, effecitque pacatam Hispaniam vsque ad Sertorii aduentum. <i>Appianus</i>, qui narrat cæsa 20 millia. Scribit <i>Plutarchus</i> Sullam post Præturam, missum in Cappadociam aduersus Mithridatem, & aduocatis sociorum auxiliis reduxisse Ariobarzanem in regnum, pulso Gordio. tunc cœptum est bellum Mithridaticum, quod post 30 annos à Pompeio terminatum est, circa annum V. C. 689. & cum principium huius belli sumi possit vel ab hoc consulatu quo missus est Sylla, vel antea quando Mithridates cœpit Cappadociam occupare; non erit mirum si huic bello <i>Appianus</i> det 42 annos. <i>Plinius</i> vero lib. 7, tantum annos 30, aut 32. <i>Q. Mutius Scauola</i> totum ius Ciuile peculiati methodo redigit in 18 libros.</p> | 659 | 683 171 3 |
| 3911 | 12 | 3 | 7 | | <p><i>Consules C. Valerius Flaccus, & M. Herennius.</i> Arabes incursiones faciunt in Syriam, duce eorum rege Herotino, qui narratur 600 genuisse filios. <i>Iusti. lib. 39.</i> Hic Herennius consul est, quem Cicero in Bruto scribit summa nobilitate hominem, cognatione, sodalitate, collegio, summa etiam eloquentia.</p> | 660 | 684 171 4 |

PERIODVS 8.

139

| Orbis | Iudeor. | Syria. | Aegypt. | V. C. | Olymp. |
|-------|---------|-------------------------|------------------------------------|-------|-----------------|
| 3912 | 13 | 4 | 8 | 661 | 685 172 1 |
| 3913 | 14 | 5 | 9 | 662 | 686 172 2 |
| 3914 | 15 | Antiochus Eusebius 1 | 10 | 663 | 687 172 3 |
| 3915 | 16 | 2 | Ptolem. Laturus 1 iscrum | 664 | 688 172 4 |
| 3916 | 17 | 3 | 2 | 665 | 689 173 1 |

Consules C. Claudius Pulcher. & M. Perpenna. Thraces Macedoniam infestant, & vastant, cum quibus etiam infeliciter pugnat Geminus Prætor, *Iul. Obseq. & Epitom. 70.*

Consules L. Marcius Philippus, & Sex. Iulius Cæsar. *Solinus cap. 2. & Appianus*, notant hoc anno exarsisse bellum Italicum, dictum etiam sociale & Marficum. tamen Velleius & *Acon. Pedianus*, referunt eius initium ad sequentes Consules, Marficum dictum, quod à Marfis primùm commorum sit sequuti hos sunt in Italia locii. belli causam habes ad au. V. C. 658.

Consules L. Iulius Cæsar, & P. Rutilius Lupus. In bello Marfico vterque Consul hoc anno fusus est. Rutilius etiam occisus. Sed variis in locis pugnatum est, & feliciter à Mario, Sulla, aliisque Romanis Prætoribus, qui dati erant singulis consulibus. Marius Marforum sex millia occidit. *Florus. Entrop. Oros. Plutarch. & Appian.* Tigranes Armeniæ rex à Mithridate rege inductus, Nicomedè & Ariobarzanem reges expellit regnis. Sed Romani dato initio belli Mithridatici aperto, vtrumq; restitunt, Nicomedem Bithyniæ, & Ariobarzanem Cappadociæ *Appian. & Flor. Epit. 74. Iustin. lib. 37. & 38.* In Syria Seleucus Gripi filius occiditur à Patruale, qui est Antiochus Eusebius, Cyziceni filius, & qui iam incipit regnare. *Iosephus lib. 13 cap. 19.* nec huius regni habentur anni. quatuor illi damus ex cõiectura historiæ, collectos. insequenti anno lata est lex Plautia Papytia à Plautio Syllano & Papyrio Carbone Trib. pleb. tres Plautiæ seu Ploriæ leges latæ, vna agraria, de qua *Cicer. lib. primo Epist. ad Atticum.* Altera de vi. cuius meminit pro Milone. Tertia iudiciaria, qua præter alia factum est, vt Senatores etiam iudicarent, cum antea lege Sempronia ad solos equites iudicia fuissent translata.

Consules Cn. Pompeius Strabo, & L. Porcius Cato. Cæsus quidem est Cato Consul in bello Marfico, tamen cætera penè omnia feliciter euenere Romanis, hostium duces præcipui cæsi, profligati exercitus, coactique tandem sunt Itali sub Romanis legibus pristino more vivere. enituit in hoc bello Sullæ virtus & industria. Tyrrenis & Vmbris qui ad sociale bellum à Romanis non defecerant datum est ius ciuitatis, *Orosius App.* Postumius Albinus, legatus, consularis, cum castris præfesset, infamis crimine prodicionis ab exercitu trucidatus est. Solus Cn. Pompeius triumphauit ex *Orosio.* Ptolemæus Laturus de quo ad annu vrbis 638. eiectus à matre, nunc reuocatur, pulso ob cædem matris Alexandro, & regnat annis saltè 7 vide *Eusebiu ad Olym. 133*

Consules L. Cornelius Sulla, & Q. Pompeius Rufus. Geruntur hoc anno bella duo, foris Mithridaticum, domi ciuile Marianum. Sullæ quidem Consuli mandatur Mithridaticum. sed Marius fortis huius cupidissimus omnia turbauit Romæ; efficitque vt P. Sulpitius Trib. plebis lege lata abrogaret Sullæ imperium, qua in Marium bellum hoc transtulit. Sulla cum exercitu Romæ à Campania properat, & occupato Capitolio cæsus ille Legislator est, pulsi inimici vrbe, Marius in Africam desertur. Q. Pompeius Consul à militibus consilio Sullæ occisus est. Sulla rempub. ordinat. *Vellei. Appianus, plut.*

| Orbis | Indeor. | Syria. | Aegypt. | 140 | PERIODVS 8. | V. C. | Olymp. |
|-------|---------|-------------------------------|---------|--|---|-----------------|--------|
| | | | | | <p>Interim Mithridates hoc bene vltus tempore, Phrygiam populi Romani prouinciam cum exercitu intrat, & Asia in potestatem redacta, vno die, vnoque nuntio 60 millia ciuium Romanorum occidi curauit. Rhodum oppugnat. Piræum Athenarum portum occupat. <i>authores iam citati: Plutarchus</i> hunc consularum notat.</p> <p>Alexander Iudæorum rex, primùm quidem prosperè cum Arabibus pugnat, sed postea ab iisdem fuso exercitu circumuentus, ansam dedit rebellandi suis. <i>Joseph.</i> Floret Lucretius poeta.</p> | | |
| 3917 | 18 | 4 | 3 | <p><i>Consules Cn. Octavius, & L. Cornelius Cinna.</i> Excreuit iam Mithridatis ditio non tantum per Asiam, sed etiam in Græcia. quando Sylla in Græciam traiecit, & in Atticam aduersus Archelaum mari à Mithridate præfectum, Piræum oppugnat. <i>Appian. Plutarch.</i> sic transacta est æstas.</p> <p>In Italia inter duos Consules bellum geritur. Nam Cinna qui varia arte studebat reuocare ab exilio pulsos à Sulla, armatur in socium. sed ipse in urbe conflictu, victus & pulsus est. sufficitur Cinnae Consul Cornelius Merula. Marius reuersus ex Africa in Italiam Cinnae se adiungit. qui urbem ingressi, ciuium stragem edidit ingentem. inter hos casu duo Consules Octavius & Merula; cum oratoribus Antonio, Crasso, & Catulo. <i>Appian. Plutarchus. Vellei. Florus.</i> prioribus annis ciuitas aliquot Italicis populis data. hi in octo tantum tribus redacti erant, ne in suffragiis æquarent veteres tribus numero 35. Cinna vt Italos ad se alliceret spem dederat, vt nouis etiam ciuibus, 35 tribus darentur. atque hac arte, se quod volebat effecturum sperabat.</p> | 666 | 690 173 2 | |
| 3918 | 19 | <i>Atli filij Grypi.</i> I | 4 | <p><i>Consules L. Cornelius Cinna secundum, & C. Marius septimum.</i> Sulla Captis Athenis Kal. Martiis, Aristionē tyrannum captum occidit. inde regressus ad Piræum, omnia expugnauit. pugnatum mox ad Chæroneam oppidum, vicit Sulla. ex hostibus vix decem millia effugerunt. numerabant hostes in exercitu peditum centum millia, equitum decem; ducibus Taxila & Archelao. Sullani decem tantum desiderati. Altero prælio in Bœotia ad Orchomenum oppidum, eoque repetito, Sulla omnes hostium copias deleuit. sic Græcia, Macedonia & Thessalia ad iura Romanorum rediere. <i>Plutar. & Appian.</i> In Asia, Magnesia quæ sola in fide Romanorum mansit, probè aduersus Mithridatem defensa est. hæc è Thracia transitum habet in Asiam. <i>Florus & alij.</i></p> <p>Romæ Marius & Cinna nullis habitis comitiis se Consules renunciarunt. quo die Marius Sex. Liciniū Senatorem de saxo iussit deiici. sed Mario Idib. Ianuariis mortuo, suffectus est L. Valerius Flaccus.</p> <p>Syriæ regnum discordiis vacillat. continuato bello inter Grypi & Cyziceni filios. Antiochus vnus ex Grypi filiis & Seleuci frater, cœperat iam partem Syriæ occupare, sed breui ille occisus est ab Eusebio Cyziceni filio. nunc vero videtur accidisse mors Antiochi huius Eusebii in bello Parthico. Post cuius excessum, mansit regnum Demetrio & Philippo, reliquis Grypi filiis.</p> | 667 | 691 173 3 | |


| Orbis | Iudeo. | Syria. | Aegypt. | PERIODVS 8. | 14. | V.C. | Olymp. |
|-------|--------|------------------------|---------------------------|---|-----|------|----------|
| | | | | <i>Euseb. Antiq. lib. 13. cap. 21.</i> Nascitur Verona Catullus poeta anno V. C. 666. & Salustius in Sabinis anno 667. <i>Euseb.</i> Florebat etiam Possidonius Philosophus & historicus. | | | |
| 39 | 20 | 2 | 5 | <i>Consules L. Cornelius Cinna tertium, & Cn. Papirius Carbo.</i> Hi se Consules per biennium creatunt. his urbe tyrannide prementibus, maior pars nobilitatis ut ait <i>Plutarchus</i> , Roma in castra Sullae, velut in portum cofugit. Interea Sulla variis praeliis Thracas excidit & Dardanos fregit, dum de pace sed frustra agit Mithridates, <i>Appian. Plutar.</i> Missus anno urbis 667 L. Valerius Flaccus qui in Asia Sullae succederet, occiditur ab exercitu imperium ad C. Fimbriam legatum translatum est. hic penes cepit Mithridatem, & Ilium urbem quae se potestati Sullae reseruabat, expugnauit, ac deleuit. <i>Florus. Appian. & Strabo lib. 13.</i> Addit <i>Appianus</i> hoc secundum Troiae excidium in eisdem in annum 4 Olymp. 173. Iudaei ciulli bello sese conficiunt. <i>Iosephus</i> notat caesa 50 hominum millia. | 668 | 692 | 173 4 |
| 3920 | 21 | 3 | 6 | <i>Consules L. Cornelius Cinna quartum, & Cn. Papirius Carbo secundum.</i> Dum Cinna parat traicere in Asiam contra Sullam, ab vno e suis interemptus est. Carbo solus reliquo anno consulatum gessit. Fimbria in Asia desertus ab exercitu qui ad Sullam transierat, ipse se interemit. Pacem cum Mithridate Sulla constituit, ut Mithridates excederet prouinciis Asia, Bithynia & Cappadocia. Sulla legatis Roma missis respondit se in Senatus potestate futurum, si ciues qui ad se confugerant restituerentur. id ne fieret impedit Carbo. <i>Eutrop. Vellei. Appian. Plutar.</i> Sulla compositis rebus Asiaticis cum Mithridate, redit in Graeciam sub annum V. C. 669. Athenis reperta opera Aristotelis & Theophrasti, quae Sulla curauit Romam asportari cum reliquis illius Artheniensis Bibliothecae libris. <i>vide Plutar. in Sulla.</i> | 669 | 693 | 174 1 |
| 3921 | 22 | 4 | 7 | <i>Consules L. Cornelius Scipio Asiaticus, & C. Norbanus Flaccus.</i> Sulla reuersus in Italiam 30 armatorum millia, aduersus hostium 200 millia Brundisii exponit. Norbanus Sullae legatos de pace acturos violat. Q. Metellus Pius, & Cn. Pompeius Strabonis filius cum parte exercitus ad Sullam se contulerunt. Sulla Norbanum ad Canusium acie vincit, ac demum Scipionis alterius Consulis totus exercitus, signa ad Sullam transfert. Scipio cum interimi posset dimissus. Sertorius cui antea assignata erat Hispania diffidens Italis, eo se confert, iam deploratis rebus Marianis. Conflagrauit Capitolium exustis libris Sybillinis. <i>Velleius. Flor. Appia. Plutar.</i> à fundato Capitolio, seu ab octauo anno Tarquinii prisci huc vsque, sunt anni 526. | 670 | 694 | 174 2 |
| | | <i>Philipp. solus.</i> | | Tandem Philippus solus in Syria regnat, annis 2. toto regno potitus. <i>Iosep. antiq. lib. 13. cap. 22.</i> & huc vsque Seleucidae. Nascitur Brutus, cui Cicero varios libros inscripsit. | | | |
| 3922 | 23 | 5 | <i>Ptolem. Auletes I.</i> | <i>Consules Cn. Papirius Carbo tertium, & Cn. Marius inior. C. F.</i> Consules cum supra modum omnem crudeliter intra urbem se exhibuissent in Sullae amicos, inde cum exercitu digressi infeliciter pugnarunt: & victi in diuersis locis ambo occisi sunt. Victor Sulla in hostes non minus crudelis fuit. edita proscriptionis tabula, | 671 | 695 | 174 3 |

| Orbis. | Inde. | Syria. | Ægypt. | 142 | PERIODVS 8. | V.C. | Olympia. |
|--------|-------|--------|--------|---|---|-----------------|----------|
| | | | | | <p>claram victoriam, tædâ in vrbe & per Italiam cæde inquinavit. ipse Dictator in annum insequentem renunciat. <i>Vellei. Paterc. Plutar. & Appianus.</i> qui hanc dictaturam notat incidisse in annum 4. Olymp. 174. Sertorius Hispaniam fortitus, vix eò pedem intulerat, cum ab Annio quem eo miserat Sulla, pulsus, cogitur se recipere in Africa m. <i>Plutar.</i> redintegratur bellum Mithridaticum à Murena, quem Sulla cum duabus legionibus Asiæ custodem reliquerat, hic spe triumphii concepta pacem violat. <i>Appianus.</i></p> <p>In Ægypto moritur Ptolemæus Laturus, iam rex secundum Ægypti, succedit filius Ptolemæus huius nominis decimus, dictus Auletes ἀυλητής, fistulator; pater Cleopatrarum, quem Epiphanius vocat Dionysium, regnat in Ægypto annis ferè 30. Eusebius dat annos 29 integros. Florentinæ ciuitatis iacta sunt fundamenta (initio dicta est Fluentia à flumine) à veteranis partium Sullanarum, quibus ille agrum illum concessit. <i>Blondus: Aretinus. & alij.</i> accidit circa ineuntem annum vrbs 672.</p> | | |
| 3923 | 24 | | 2 | <p><i>Consules Cn. Cornelius Dolabella, & M. Tullius Decula.</i> Redintegrata pax est cum Mithridate, reuocato Romam Murena. Sulla nunc dictator, & quoad cõstituetur respub. nec tamen prohibuit esse Consules, hic 24 prælatis fascibus ac custodibus corporis, primus in hac parte dictatoriali potestate abusus est. <i>Appian. Cicero orat pro Quintio anno ætatis 26.</i></p> <p>Lusitani qui Romanum iugum excutere volebant, Sertorium ex Africa reuocant, hic non modo Lusitaniam Romanis eripuit, sed eorum etiam Prætores terra marique vicit sæpe, & magnum sibi apud Hispanos nomen comparauit. <i>Plutar. in eius vita.</i></p> <p>Cn. Pompeius Missus hoc anno in Siciliam, Carbonem de quo supra, victum occidit. inde transfuctus in Africam, Domitii exercitum profligauit duce occiso, pacatis spatio 40 dierum rebus redit Romam, Magnus tunc vocatus à Sulla; triumphatque annum ætatis agens 24. cum nec Consul, nec Prætor fuisset, aut Senator. <i>Plutar. in Pomp.</i></p> | 672 | 696 174 4 | |
| 3924 | 25 | | 3 | <p><i>Consules L. Cornelius Sulla secundum, dictus Felix, & Q. Cæcilius Metellus Pius.</i> Nec tamen Sulla seditione abdicat. Metellus Consul sortitur in Hispania bellum Sertorianum. <i>Florus. Appian. Plutar.</i> quod narratur apud Appianum de rege Alexandrinis dato à Sulla, dubiæ fidei est.</p> <p>Cicero nunc agens annum 27 orat pro Roscio Amerino, in qua oratione Sullam offenderat, & coactus est Roma abesse. quo tempore hæsit Athenis, Asiam etiam peragrauit, & Rhodum, vbi habitus est in admiratione ab Apollonio: à quo rogatus Græcè declamabat. <i>Plutar. in Cicer.</i></p> <p>Tigranes rex Armeniæ, subiugatis vicinis populis, nunc etiam Syriam occupat, superiorem saltem totam, & Ciliciam exacto biennio Philippi. cessatque sic regnum & Dynastia Seleucidarum. <i>Appian.</i> regnat annis 18. <i>ex Instin. lib. 40.</i> Hic inferiorem breui Syriam subiugabit, post mortem Alexandri regis Iudeorum, inquit <i>Iosephus.</i></p> | 673 | 697 175 1 | |

| Orbs | Iud | Aegypt. | PERIODVS 8. | 143 | V. C. | Olymp. |
|------|----------------|---------|---|----------------|-------|-----------------|
| 3925 | 26 | 4 | <p><i>Consules Appius Claudius Pulcher, & P. Servilius Vatia. Qui postea Isauricus est appellatus. Sulla consulatum recusat. Idem sponte se abdicat dictatura, dimisso à se publico praesidio, professus in foro, se paratum esse reddere rationem reru omnium à se gestarum. Appian. & Plutar. Non tam feliciter Caesar, qui Sullam nescisse literas dixit quod dictaturam deposuisset. ex Sueton.</i></p> <p>Alexander in Iudaea rex, partis aliquot in Syria inferiori victorius, triumphat in Iudaea, annis 4 ante obitum, <i>Iosephus.</i></p> | | 674 | 698 175 2 |
| 3926 | 27 | 5 | <p><i>Consules M. Aemilius Lepidus, & Q. Lutatius Catulus. Moritur Sulla sexagenarius, Magnusei honos à Senatu habitus. corpus in campo Martio sepultum ex eius testamento. de Sulla Epitaphio vide Plutarchum. Lepidus Sullae actare scindi curabat renitente collega. & ad seditionem res pertinuisset, nisi impediuisset Senatus. Lepidus in Galliam quam fortitus est mittitur. Catulo obtrigit Italia. Appian. & Florus.</i></p> <p>Bellum in Hispania vario euentu producebatur cum Sertorio, duce Metello. Mithridates bello occupat Bosphori regnum. <i>Appian.</i></p> | | 675 | 699 175 3 |
| 3927 | 28 | 6 | <p><i>Consules M. Aemilius Mamercus, & D. Brutus. Hoc anno. Lepidus comparato in Gallia exercitu, infesta signa patrie infert. Missi in eum Pompeius & Catulus, à quibus bis victus pellitur in Sardiniam, vbi morbo oppressus interiit. Perpenna vnus ex Lepidi ducibus, collectis reliquiis exercitus se Sertorio adiungit in Hispania. qua ex causa Roma mittitur in Hispaniam Pompeius, vt Metello adesset Proconsul aduersus Sertorium. qui Metello magno & laudato duci facessebat negotium. Appian. & Plutar. Incipit regnare Alexandra in Iudaea, de qua anno insequenti. Appio Claudio decretum bellum cum Thacibus qui Rhodopaeam prouinciam incolebant, & Macedoniam infestabant. Barbaros saepe victos perdomuisset, nisi victorem mors praecipuisset. <i>Orosius.</i> Cicero post peragratae Graeciam & Asiam nunc redit Romam mortuo Sulla.</i></p> | Alexandra I | 676 | 700 175 4 |
| 3928 | Alexandra I | 7 | <p><i>Consules Cn. Octavius, & C. Scribonius Curio. Pugnatur in Hispania saepe, varioque Marte, hinc Sertorio & Perpenna, illinc Pompeio & Metello fortissimis ducibus strenue dimicantibus. Appian.</i></p> <p>Nicomedes Bithyniae rex moriens populum Romanum testamento haerem relinquit <i>Appian.</i></p> <p>Alexander in Iudaea rex, dum bellum gerit fato concessit in Gerasenorum finibus, obsidens Ragaba castellum, quod ultra Iordanem situm est. moriens Alexandrae uxori administrationem regni reliquit, donec adolecerent filii Hircanus & Aristobulus. regnat sic Alexandra annis 9. Hircano filio seniore creato pontifice, quod minus aptus regno regendo videretur. ipsa interim ex consilio Mariti non nihil licentiae permittit Phariseis, qui multum poterant apud populum, vt securius regnaret. <i>Ioseph. lib. 13. cap. 23.</i></p> | Alexandra I | 677 | 701 176 I |
| 3929 | 2 | 8 | <p><i>Consules L. Octavius, & C. Aurelius Cotta. Mithridates missis ad Sertorium nuntiis, coit cum eo societatem, & Bithyniae ac Cappadociae regna cum occupasset, fretus suis opibus tertium cum Romanis bellum orditur, nec defuit ei Sertorius. Appian. Plutar. protrahitur etiam hoc anno à magnis ducibus Sertorianum bellum. è quibus Sertorius est, de cuius laudibus vix est qui taceat historicus. lege Plutar. in eius vita. Spartacus gladiatorum factus princeps è Thracia oriundus, contracta non contemnenda perditorum hominum manu, Romanos in se missos vincit. nec modicum vrbis iniecit timorem. Appian. Cicero</i></p> | | 678 | 702 706 2 |

| Orbi s | Iudeor. | Aegypt. | 144 | PERIODVS 8. | V. C. | Olymp. |
|--------|---------|---------|--|-------------|-----------------|--------|
| 3930 | 3 | 9 | <p>anno superiore Quæstor, nunc Præturam in in Sicilia exactis iam annis 136 à captis Syraculis. de qua re dixi ad annum V.C. 541.</p> <p><i>Consules L. Licinius Lucullus, & M. Aurelius Cotta.</i> Lucullo obuenit bellum Mithridaticum. Cotta mari præficitur. qui temerè ante Luculli aduentum congressus cum Mithridate vnicitur, & classe exiit. Chalcedonem Cotta refugit, obsessus ibi à rege est. sed Lucullus suo aduentu obsidionem soluit. <i>Appian. Plutarch. Flor. Epit. 94.</i> Seruilius missus in Piratas qui maria obsidebant. Cilices præsertim, maria iam inuaserant, fugacibus leuibusque freti myoparonibus, si quando grauior classis instaret. hic superatis non sine cruore Piratis, eos mari submouit. vrbes eorum, & Isauron arcem Ciliciz evertit. vnde Isaurici nomen habere voluit. <i>Oforius. Entrop. Flor.</i> Isauros domuit, & primus Romanorum inquit Oforius per Taurum duxit exercitum. de Cilicibus & Isauris triumphauit.</p> <p>In Hispania feliciter omnia Sertorio eueniebant. iam Romanos Imperatores, Metellum in Galliam, Pompeium in Vaccæos distractis copiis hibernadi causa fugauerat. & Pompeius de reducendo in Italiã exercitu scripsit ad Senatum, nisi maturè subsidium mitteretur; quando proditione Perpennæ à coniuratis occisus est in conuiuium Sertorius. scribit <i>Entropius</i> octauo ducatus sui anno casum Sertorium, & <i>Oforius</i> decimo bellum esse confectum. quod insequentium annorum est. <i>vide Plutarchum</i> qui indicat occisum Sertorium aut hoc aut insequente consulatu.</p> | 679 | 703 176 3 | |
| 3931 | 4 | 10 | <p><i>Consules M. Terentius Varro Lucullus, & C. Cassius Varus.</i> Profperè Lucullus Mithridatem pressit. nam <i>ut ait Entropius</i>, dum in obsidione Cizyci moratur Mithridates, eum à tergo Lucullus obsedit, & fame consumptum penè exercitum, multis vicit præliis. Nauali prælio duces regis oppressit. centum fere millia hominum ex parte regis desiderata, rex coactus in Pontum profugere, & piratico myoparone Sinopen, & inde Amisum, ad Tigranis regis generi opem implorandã. <i>Appian. Plutarch.</i> qui narrant etiam Deiotarum apud Galatas Tetrarcham, fudisse in Galatia copias Eumachi ducis regii. In Hispania Perpenna, protahit insuper toto hoc anno bellum cū Romanis. <i>Appian.</i></p> | 680 | 704 176 4 | |
| 3932 | 5 | 11 | <p><i>Consules L. Gellius Poplicola & Cn. Cornel. Lentulus Clodianus.</i> In Hispania Perpenna nunc victus à Pompeio est, & occisus. ac hunc finem habuit bellum Hispanicum. datumque est Pompeio iã ab omnibus, <i>ut magnº</i> vocaretur. Lentulus Cõsul malè pugnat cum Spartaco gladiatorum duce, nec Collegæ felicius accidit prælium. victi separatim ambo: Consules & Spartacus iam in Italia, qui Romam infesta signa ferebat, non nisi magna Romanorum clade retentus est. <i>Appian. Florus.</i></p> <p>Lucullus Mithridatem insequutus, Ponti vrbes aliquot capit, Amisum obsidet, & demum primus Pontum Romanis legionibus aperuit, regis opibus, & natura regionis munitum. <i>ut ait Cic. pro Archia. Plutar. Appian.</i></p> | 681 | 705 177 1 | |
| 3933 | 6 | 12 | <p><i>Consules Cn. Aufidius Orestes, & P. Cornelius Lentulus Sura.</i> Bellum contra Spartacum decretum M. Craffo, qui hostem gladiatorem bis vicit, occidit; finem huic bello imposuit, confecitque sex mensibus. <i>Appian. lib. 6.</i> quinque millia quæ ex pugna hac euaserant, à Cn. Pompeio ab Hispaniensi</p> | 682 | 706 177 2 | |

| Orbis | Iudae. | Aegy. | | | | |
|-------|----------|-------|--|-----|-----------------|--|
| | | | | | | |
| | | | Hispaniensi bello reuertente oppressa scribit <i>Plutarchus</i> , iam enim confecto bello in Hispania, rediere Romam Metellus & pompeius triumphaturi. <i>Appian. Plutar.</i> Mithridates coacto nouo exercitu, obsidionem Amisi solvere nitentur, sed fusus iterum à Lucullo est eius exercitus, caelis 60 hominum millibus, Mithridates fuga euasit in Armeniam. Amisum reuersus expugnat Lucullus, <i>authores citati</i> pompeius deuicto Perpenna iam triumphum peregit ultimo Decembris, postridie initurus consulatum, qui illi primus fuit. <i>Plutarchus</i> , | | | |
| 3934 | 7 | 13 | <i>Consules M. Licinius Crassus, & Cn. Pompeius Magnus.</i> Pompeius Tribunitiam potestatem, à Sullanis temporibus collapsam restituit, & equitibus Romanis potestatem fecit cognoscendi ciuiles & delictorum forenses controuersias. <i>Plutar. Acon.</i> Lucullus fugientem insequutus Mithridatem in Armeniam bellum indicit Tygrani, quod tenuisset Romanis tradere Mithridatem. & loca Armeniae aliqua occupat. <i>Plutar. Appian. Ioseph.</i> Pompeio primùm consule Cicero Verrinas scribit. Metellus expellit à Sicilia piratas. Nascitur Virgilius. | 683 | 707 177 3 | |
| 3935 | 8 | 14 | <i>Consules Q. Hortensius, & Q. Cecilius Metellus.</i> <i>Iosephus lib. 14. antiq. c. 1.</i> refert hunc consulatum ad annum 3. Olymp. 177. quartum potius lege ex aliis authoribus restituendam Lucullus in Armenia cum ingentibus Tygranis copiis (250 hominum milia numerabat) conflixit acie prid. Non. Oct. regem praelio victum fudit: Lucullus quia Tigranem fugientem non est insequutus, suspectus quibusdam fuit ne bellum data opera duceret. ac proinde Asiam Praetoribus, Ciliciam consuli decernunt. interim Lucullus Tigranocertam nobilissimam Armeniae urbem capit <i>Dion. lib. 35. Plutar. Iust. Appia.</i> | 684 | 708 177 4 | |
| 3936 | 9 | 15 | <i>Consules L. Cecilius Metellus, & Q. Martius.</i> Dictus Rex, quod mortuo collega solus toto fere anno gessisset consulatum. Gestum nunc est bellum creticum cum Cretenisibus, ab Antonio, patre Triumviri, sed infeliciter. ex quo ipse concepto merore obiit, successit Metellus proconsul, qui bellum confecit, dictusque est Creticus. <i>Flor. Entro.</i> Tigranes & Mithridates iterum victi à Lucullo, & Nisibis urbs capta, <i>Iustin. Appian. Plutar.</i> Luculli legiones minus duci obtemperantes, ducti & protacti belli causa ab aliquibus afferuntur. Alexandra hoc nono regni anno moritur, mulier supra sexum egregia, inquit <i>Iosephus lib. 13. antiq. c. ultima.</i> Hircanus regnat in Iudaea haeres à matre institutus: sed tribus tantum mensibus liberè. Nam ei se opponit Aristobulus frater. <i>Ioseph. lib. 14.</i> De quinque vero annis quibus contenderunt Duo fratres vsque ad templum captum, <i>vide qq. c. 16. nu. 32.</i> Quando Pompeius subactis Iudaeis, relinquet Hircano solum Pontificatum. quo tempore amittent tandem Iudaei libertatem ex <i>Ioseph. lib. 14. c. 3. vide an. V.C. 688. & 690.</i> | 685 | 709 178 1 | |
| 3937 | Hircanus | 16 | <i>Consules C. Calpurnius Piso frugi, & M. Acilius Glabrio.</i> Cùm post expeditiones in piratas, adhuc maria omnia piratarum latrocinii essent infesta, A. Gabinius Trib. pleb. legem ad populum nunc tulit, qua imperium Pompeio extra ordinem aduersus piratas tradidit. ita nempe vt 15 Legatis ei permisisset, haberet in potestate maria omnia, insulas, exercitus, & classes quotquot populus a. om. haberet. <i>Plutar. Appia. Epitoma.</i> | 686 | 710 178 2 | |

| Orbis | Ind. c. | Aegypt. | PERIODVS 9. | 147 | P. C. | Olymp. |
|--|---------------------------|---------|---|---|-----------------|-----------------|
| PERIODUS NONA <i>Annorum 60.</i> | | | | | | |
| A Templo expugnato ad Christum. | | | | | | |
| 3941 | 5 deficit re- gnum. | 20 |  | <p><i>Consules M. Tullius Cicero, & C. Antonius.</i> Hic annus est capti & expugnati templi à Pompeianis ducibus. his <i>Coff. vt scribit Iosephus Antiq. lib. 14. c. 8.</i> vbi etiam notat hanc Olympiadem, & Tamum Iudæorum mensè pro caractere deficientis iam regni Iudæorum, quando Pompeius Scaurum constituit Præsidentem Syriæ inferioris, ab Euphrate ad Ægyptum. Hircano quidem Sacerdotium confirmat; Aristobulum qui Pompeium offedit, captiuum ducit Romam. <i>Egeisp. lib. 2. c. 13. Ioseph. antiq. lib. 14. c. 6. 7. & 8. Plinius etiam hoc anno urbis edit hos cōsules. lib. 9. c. 39.</i> Mithridates dum traicere parat cum exercitu in Italiã suspectæ fidei propinquos interfecit. Pharnaces filius hinc perterritus, regiam vi occupat, & patrè ad voluntariam mortem impulit, & de Pompeii potestate permisit, dum Petram in Arabia obsideret, <i>inquit Plutarchus.</i> recuperatas aut acceptas à Pompeio nunc Prouincias numerat Appianus. Pontum, Asiam minorem, & Syriam redegit in prouinciam. Bosphorum Pharnaci permisit, Ariobarzani Cappadociam, Antiocho Commageno Seleuciam. Deiotaro, Attalo, Aristarcho & aliis designauit prouincias, & cum omnes historici dicant Palæstinam permissam Hircano, non rectè <i>Marcellinus lib. 14.</i> ait redactam in prouinciam. Sedato bello Mithridatico, exarsit Romæ ciuilis seditio Catilnaria, consilio Ciceronis oppressa. Catilina qui de opprimenda repub. cum Lentulo, Cethego, & aliis conspirauit, comparato per Manliũ in Etruria exercitu: ille, re per indices patefacta, exagitatus oratione Ciceronis consulis, vrbe noctu excessit. cōprehensi Cethegus, Lentulus & alii focii, afficiuntur supplicio. <i>Salust. Dio. Appia. Plutar.</i> venit & Cæsar in suspicionem aliquam huius coniurationis. Dicit hoc anno Cicero pro Murena. idem annus putatur natiuitatis Augusti 23 Septemb. <i>ex Sueton. & Dion.</i></p> | 690 | 714 179 2 |
| 3942 | 2 | 21 | <p><i>Consules D. Iunius Silanus, & L. Licinius Murena.</i> Catilina parato exercitu festinabat in Galliam transalpinam. sed cùm ad Alpes peruenisset, vbi videt se insperatò claudi copiis hostium & montibus, confligit cum C. Antonio in eum misso. ea in pugna victus, cæsusque est fortissimè dimicans Catilina. <i>Salust. Flor. Obsequens.</i> Pompeius sub finem huius Consulatus redit ex oriente in Italiam. an vero hoc vel sequenti anno triumphauerit, discrepant sententiæ. De qua re, & de contentione inter duos Tribunos plebis Catonem sapientem, & Metellum in causa Pompeii, <i>lege Plutarchus.</i> timebat Cato si vocaretur contra Catilinam in Italiam armatus Pompeius, ne tota respub. esset penes vnum. Metello adhærebat Cæsar, tunc Prætor vrbanus. vicit Cato. Pompeius vt Brundisium attingit, copias omnes dimisit.</p> | 691 | 715 179 3 | |
| N 2 | | | | | | |

| Orbis. | Iudae. | Aegypt. | 148 | PERIODVS 9. | V.C. | Olympia. |
|--------|--------|---------|---|-------------|------|----------|
| 3943 | 3 | 22 | <p><i>Consules M. Pupius Piso, & M. Valerius Messala Niger.</i> Saltem initio huius consulatus triumphat Pompeius de tot orientis deuictis populis, idque pluribus diebus magnus iterum omnium consensu appellatus. <i>Plin. lib. 7. c. 26. Florus in Epito. fasti Consul.</i> narrat <i>Plutarchus</i> Vectigal annum his Pompeii victoris tertia parte auctum. Hoc tempore Romana vrbs velut in tres diuisa factiones, stabat vel à Pompeio, vel à Cæsare, aut Crasso diuite.</p> | | 692 | 716 |
| 3944 | 4 | 23 | <p><i>Consules Q. Cæcilius Metellus Celer, & L. Afranius.</i> Cæsar in Hispaniam proconsul profectus, ibi captata belli occasione, Herminii montis incolas cecidit, & Brigatium Galatiæ oppidum euertit. <i>Diod. Sueton.</i> Romam non expectato successore redit. & cum triumphare potuisset, maluit consulatum deposito triumpho petere. <i>citati authores, cum Appiano & Plutarcho in Cæsare.</i> Tunc inter illos quos dixi ciuitatis principes coitio facta, & iuramento firmata, fore, vt nemo nemini in repub. aduersaretur, & alius alium in petitione iuaret. <i>Dio. Appian. Plutar.</i> Iuliam Cæsar in consulatu Pompeio dedit. <i>Sueton.</i> Sic Pompeius acta sua in Asia confirmanda à Senatu sperabat, vt rata essent quæ singulis dederat regibus. Sic Cæsar quoque consulatum obtinuit. Scaurus (quem in Iudæa Pompeius reliquit) Petram Arabiæ urbem, opem ferente Hircano, obsidebat. <i>Ioseph.</i></p> | | 693 | 717 |
| 3945 | 5 | 24 | <p><i>Consules C. Iulius Cæsar, & M. Calpurnius Bibulus.</i> P. Clodius è patriciis (qui iam à patribus ad plebem transierat) hoc anno adnitente Cæsare consul factus Tribunus plebis, inter alias à se latas leges, vnâ tulit in eos qui sine iudicio populi Romani ciuem Romanum occidissent. hac lege Ciceronem iam antea sibi inimicum petebat. quod ille Lentulum & socios in suo consulatu occidisset. Cicero sentiens se à Pompeio & Cæsare desertum, circiter K. Aprilis vrbe cessit, ne cades fieret, in Macedoniam se conferens. Domus eius in Palatio à Clodio incensa, area libertati consecrata, bona publicata, direpta prædia. Lex exilii continebat, ne quis testum intra 50 millia passuum ab Italia præberet, & alia sèueriora. <i>Plutar. Dio. Appian. Cic. pro domo sua.</i> non tamen hoc ipso anno, sed in sequenti exulabit Cicero. Interim Cæsar nihil non faciebat vt potentia cresceret & auctoritate, & quod ad seditiosi consulis partes pertinebat, Catonem (qui matrimonii aliisque artibus clamabat vendi rempub.) cõiecit in carcerem. tandemque sub finem consulatus effecit, vt ei decerneretur Gallia in quinquennium <i>Dio. Plutar. Appia.</i> quod, si exeunte 2 consulatu Pompeii finitum est, debet hic annus esse huius quinquennii primus. Ptolemæus qui Cyprum insulam tenebat, Romanis intulisse dicitur iniuriam. Clodius qui absentem vrbe cupiebat Catonem, eò mitti curat. Ptolemæus Romanis armis impar, audito Catonis aduëtu cessit, & Cyprus fit prouincia. <i>Strabo lib. 14. Plutar. in Catone. sed Ammia. Marcellinus lib. 14.</i> hoc factum interpretatur, iniuriam grauem commissam in Cypri regem, & auidè magis quàm iustè se gessisse Romanos.</p> | | 694 | 718 |
| 3946 | 6 | 25 | <p><i>Consules C. Calpurnius Piso Cæsonius, & A. Gabinius.</i> Hic est annus exilii Ciceronis vt iam commemorauimus. Clodius hoc ipso anno ob dimissum Mithridatis filium, valde à se abalienauit Pompeium, qui sic læsus statim cœpit agere de reuocando Cicerone, & ab octo Tribunis plebis de eius reditu promulgatum est, tamen vnus Elii Liguris intercessio ne, nihil hoc anno effici potuit. <i>Dio. Plutar. Appian. Cic. pro domo sua.</i></p> | | 695 | 719 |

| Orbis | Iud | Ægypt. | P E R I O D V S 9. | 149 | V. C. | Olymp | |
|-------|-----|--------|--|-----|-------|-------|---|
| 3947 | 7 | 26 | <p>Cæsar magnis itineribus in Galliam transalpinam peruenit, quod audisset Heluetios testis incensis, collectoque exercitu nouas sedes quærere versus Allobroges, & Narbonensem Romanorum prouinciam. eos ad Ararim assequutus, pagum Tigurinum concidit. mox summo cerramine victos, & in ditionem acceptos, iussit suas primas sedes repetere. Eadem æstate Æduorum & Sequanorum (qui ab Ariouisto Germanorum rege opprimebantur) precibus motus, exercitum ducit in Ariouistum. quæ maximo prælio fusum, insequitur. <i>Cæsar. l. 1. Plut. Dio.</i> Ptolemæus Auletes Ægypti rex pulsus regno à suis, Romam venit opem imploraturus. Commendatum ferunt Senatui à Pompeio, ut regno restitueretur. <i>Strabo. lib. 12. & 16. App. Plutar.</i></p> <p><i>Consules P. Cornel. Lentulus Spinther, & Q. Cæcilius Metellus Nepos.</i> Cæsar hoc anno exercitum ducit in Belgas quos conspirasse in Romanum nomen acceperat, Duce Galba Sueffionum regulo. Cæsar celeritate vsus primùm Belgas cecidit, antequam coirent confederati. his deuictis, Sueffiones, Bellouaci, & Ambiani se dedunt Cæsari. Neruiorum gentem ad internecionem redegit. Aduarici in fidem ditione recepti. maritimæ ciuitates in ditionem populi Romani redactæ, à P. Crasso, quem ed miserat Cæsar, & exercitu in hyberna deducto Cæsar venit in Italiam. <i>Plutar. Ofor. Cæsar.</i></p> <p>Aristobulus Roma è custodia euadens, bellum in Iudæa concitat, sed captus à Gabinio iterum Romam uinctus mittitur. Idem Gabinus profligato Alexandro Aristobuli filio, Ægyptios quoque vincit terra marique, & occisis Archelao ac Berenice, breui Ptolemæum, quem dixi Romam iuisse restituet regno, vnus Pompeii iussu, nulla habita Senatus ratione. <i>Strabo lib. 17. Ioseph. Dio. & Pluta. in Catone.</i> Cicero redit ab exilio. omnia ei restituta, adnitentibus Pompeio & Annio Milone Tribuno pleb. Clodii acta in Tribunatu rescissa. <i>Dio. Appian. & Cic. in Orat. & Epistolis.</i></p> | 696 | 720 | 180 | 4 |
| 3948 | 8 | 27 | <p><i>Consules C. Cornel. Lentulus Marcellinus, & L. Marcius Philippus.</i> Cæsar reuersus in Galliam, accepit in ditionem Venetos (Vennes en Bretagne) Nauali prælio victos. deinde ab eius legatis, Aquitaniæ pars maxima partim vi, partim metu Romanorum iura accepit, facta ditione. <i>Cæsar. lib. 3.</i> qui hoc anno Luca hyemauit. vbi Romanos proceres & Senatores cõuenit. sic nempe estate Romanis armis Gallias subiugabat, & hyeme auro Gallico vincebat Romanos. actum ibi de prorogando Cæsari imperio, & proximo consulatu Pompeii & Crassi. quæ cõspiratio bonis omnibus tendere visa est ad perniciem reipub. <i>Plutar. in horum vitis.</i></p> <p>Tigranes Armeniæ rex moriens, successorem relinquit filium Artanadem, circa hunc vrbis annum. quo etiam tempore Phrates Parthorum rex occisus à filiis est. ex quibus Herodes regnum tenuit. <i>Dio. lib. 39.</i></p> | 697 | 721 | 181 | 1 |
| 3949 | 9 | 28 | <p><i>Consules Cn. Pompeius Magnus secundum, & M. Licinius Crassus secundum.</i> Cato in petitione Præturæ repulsus est, timentibus consulibus ne ipse eorum cõsilia deprehenderet. Idem cum legem impediret, qua prouinciæ consulibus in quinquenium, Pompeio Hispania, Crasso Syria & parthicum bellum dabantur, & Cæsari Gallia ac Germania in alterum quinquenium, ductus est in vincula ab autore legis C. Trebonio Tribuno plebis. <i>Plutar. Dio.</i> Pompeius nunc theatrum Consul dicat, edicis ludis magnificentissimis. Crassus finito consulatu ibit in prouinciam, suffectus Gabinio. Pompeius monitus</p> | 698 | 722 | 181 | 2 |

| Orbis | Indae. | Aegypt. | 150 | PERIODVS 9. | V. C. | Olymp. |
|------------------|--------|-----------------------|-----|---|-------|-----------------|
| | | | | à Catone vt à Cæsare caueret, sapere noluit. Cæsar Germanos qui in Gallias incurfabant, improuisò adortus, funditus delet. mox ponte in Rhenum factò, in Sicambrorum fines venit. & horum vicis incensis redit in Galliam. vnde in Britanniam traiecit. his victis & obsides dantibus pacem concessit. Morini rebellantes victi. Menapii accepti in deditiõnem. <i>Cæsar. Plutar. Dio.</i> | | |
| 395 ^o | 10 | 29 | | <i>Consules L. Domitius Ahenobarbus, & Appius Claudius Pulcher.</i> Crassus hoc anno peruenit in prouinciam, & cùm omnia pacata essent, auri & belli cupidus in Parthos duxit exercitum. vbi nihil memorabile gessit, hoc anno, qui primus est belli Parthici, ex <i>Plutarcho Entropio, & Dione.</i> | 699 | 723 181 3 |
| | | | | Cæsar in Gallia Treuiros nutantes in fide continuit. iterumque in Britanniam traiecit, vbi aliquam insulæ partem in potestatem accepit. & impositis tributis, acceptisque obsidibus, se in Galliam ad hyberna recepit. <i>Cæsar. Dio. Plutarchus.</i> Cicero scribit tres libros de oratore & de Republica. | | |
| 395 ⁱ | 11 | 30 | | <i>Consules Cn. Domitius Calvinus, & M. Valerius Messala.</i> Crassus Parthicam expeditionem adornans, prius violato iureiurando, sacrilegii crimine se polluit, & ingenti thesauro, quem Pompeius non attigit, templum Hierosolymitanum spoliauit. has templi diuitias describit <i>Iosephus Antiq. lib. 14. cap. 12.</i> Euphratem cum exercitu transiit, & in media camporum vastitate, exercitum omni ex parte petendum hosti obiecit. circumuentus à Parthis perit cum toto fere exercitu. <i>Appian. Dio. Plutar.</i> regnabat nunc apud Parthos Herodes, seu Orodes cum filio Pacoro. | 700 | 724 181 4 |
| | | | | Cæsar in Gallia Treuiros res nouas molientes, primo concursu in fugam compulit. mox Ambiorigem Eburorum regem similia molientem, & Eburones latè fudit ac dissipauit. <i>Cæsar. Dio.</i> notat <i>Paterculus</i> Iuliam Cæsaris filiam obiisse, septimo anno belli huius Gallici, sicque refrigit amicitia inter Cæsarem & Pompeium: & vnus potentia, mortuo præsertim Crasso cœpit alteri esse suspecta. Accessit ad seditiones iam in vrbe natas, mors Clodii, Tribuni pleb. occisi à T. Annio Milone, qui insequentis anni consulatum petebat. scribit <i>Appianus</i> urbem aliquot mensibus sine Magistratibus fuisse. | | |
| 395 ² | 12 | <i>Cleopatra</i> 1 | | <i>Consules Cn. Pompeius Magnus tertium, & Q. Cæcil. Metellus Pius Scipio.</i> neque etiam hoc anno creati Consules mense Ianuario, adeo Milonis & aliorum factiones omnia turbabant. tandem 25 Feb. Cn. Pompeius ex consilio Catonis & voluntate Senatus, extra ordinem Consul renunciatur solus & absens, quod nulli ante eum contigit: in <i>Epir. 107. 5. Kal. Martii</i> , mense intercalario. vt potestate propè dictatoria repub. constitueret. facta potestate eligendi collegam quando id expedire iudicaret: Pompeius vero constituta in melius repub. & pulso in exilium Milone <i>Maffiliam</i> , elegit in quinque menses extremos collegam, <i>Q. Metellu Scipionem</i> socerum. <i>Dio. Appian. Plutar. Aſcon. in Miloniana.</i> Parthi qui in Syriam hoc anno transierunt, à Cæsario Crassi Quæstore repulsi sunt. <i>Dio.</i> Galli existimantes Cæsarem urbano motu teneri, ne ad exercitum redire possit, arma | 701 | 725 182 1 |

| Orbis | Iudeorū. | ÆGYP. | PERIODVS 9. | 131 | V. C. | Olympia. |
|-------|----------|-------|---|-----|-------|----------|
| | | | <p>capiunt, præsertim Carnutes, Aruerni, & Pictones. At Cæsar per Narbonensem Galliam regressus, hos omnes, aliosque aut vi in deditionem adduxit, aut infidē recepit, ipse Bibracte hyemauit <i>Dio. Cæsar. Plutar.</i></p> <p>Ægypti rex Ptolemæus Auletes moritur. regnat soror Cleopatra vna cum Ptolemæi filio, Ptolemæo Dionysio. regnat annis fere 22. <i>Plutarchus in Antonio.</i></p> | | | |
| 3953 | 13 | 2 | <p><i>Consules Ser. Sulpitius Rufus, & M. Claudius Marcellus.</i> Cato vt obuiam iret Cæsaris consiliis consulatum petiit, sed repulsus est. Marcellus Cæsaris inimicus perit contra legem Pompeii & Crassi, vt Cæsari ante tempus succederetur. sed nihil statutum, nisi vt exacto quinquennio Romam priuatus veniret, & præsens consulatum peteret. <i>Dio. Appian. Plutarch. Florus.</i></p> <p>Cæsar interim rebellantes Gallias in fide continet. Bello uacos Corbeo interfecto ad deditionē compulsi. Fugat Carnutes. à Caninio & Fabio legatis, res in Pictonibus bene gesta est. & in Treuiris à Labieno. Cæsar post Aquitanix ciuitates omnes captas, ad Hyberna in Belgium se recepit. <i>Hirtius lib. 8. Flor. Dio. Plutar.</i></p> | 702 | 726 | 182 2 |
| 3954 | 14 | 3 | <p><i>Consules L. Aemilius Paulus, & C. Claudius C. F. M. N. Marcellus.</i> Cicero nunc Cilicix Proconsul Parthos incurstantes repellit, & Cappadociam vt ei imperatum erat restituit Ariobarzani. Cassius quoque eisdem è Syria repellit, & nato inter Parthos ciuili bello, hoc Parthicum cum Romanis nunc finem accepit. <i>Plutar. in Cicer. Velleius. Dio. Appian.</i></p> <p>Hic nonus est à primo Cæsaris consularu & decreto illi bello Gallico annus. quo bellum ab eo gestum nullum est, sed omnem dedit operam vt in suo discessu pacata firmaque manerent. id assequutus est beneuolentix ostensione, muncribus, & relictis ibi aliquot legionibus, <i>Rufus Velleius. Sueton.</i> Studium pompeii erga Cæsarem, perturbatus reipub. status, & robur exercitus in re militari versatissimi, Cæsarem ad euerisionem reipub. euexerunt. Moritur Romæ Hortensius</p> | 703 | 727 | 182 3 |
| 3955 | 15 | 4 | <p><i>Consules C. Claudius Marcellus. M. F. M. N. & L. Cornelius Lentulus Crus.</i> Actum Romæ est, ne Cæsar ad consulatus petitionem admitteretur, nisi priuatus vt fieri solebat, & dimisso exercitu. id nisi Pompeius quoque exercitum dimitteret, facturum se negat. sequutū est Senatusconsultum quo iubetur exercitum dimittere. si non faceret, eum aduersus Remp. facturum. Pecunia ex ærario data Pompeio, abeunti in Græciam. Cæsar traiecto Rubicone urbem occupat. agente Lepido postea Triumuiro Cæsar Dictator renūciatur. Exules præter Milonem reuocat, & post aliquot dies Dictatura se abdicat. <i>Cæsar lib. 1. belli ciuilis. Plutar. Dio. Velleius.</i> Cæsar festinat in Hispaniam. quam ad se attraxit, & in reditu Massiliam recepit.</p> | 704 | 728 | 182 4 |
| 3956 | 16 | 5 | <p><i>Consules C. Iulius Cæsar secundum, & P. Semilius Vatia Isauricus.</i> Cæsar anno superiore Dictator absens creatus, nunc Massilia rediens Consul renunciatur, ipso Cæsare dictatore habente comitia, vt scribit lib. 3. Et sub initium Ianuarii in Epirum traiecit, Pompeius ex omni Asia magnis copiis comparatis ex Macedonia occurrens, tandem in Pharsalia Thessalix campo substitit, quod iam Cæsar ob</p> | 705 | 729 | 183 1 |

rei frumentariae inopiam castra mouerat. Mox ambobus exercitibus summo praelio congressis, pompeius clade maxima accepta fugit in Aegyptum. vbi auctore Theodoro ptolemæi regis præceptore occisus est in nauicula, eodem die quo de Mithridate & Tigraue triumphauit. adfuit die tertio Cæsar, & oblatum à Theodoro pompeii caput aspiciens illachrimauit. *Plutar. Dio. Appian.* tempus pugnae notat *Onuphrius* ineuntem fuisse Iulium, Cæsar ipse maturam prope messem. *lib. 3. belli ciuili.* Cæsar C. Antonium, postea Triumuirum, creat Magistrum equitum. & qui Italiam præfesset Romam misit.

Hoc ipso anno belli Pharfalici, & sub initium belli ptolemæi cum Cæsare, incensa est nobilis illa Bibliotheca Alexandrina, *ex Cæsare lib. 3. belli ciui. & Oppio lib. 1. de bello Alexandrino.* Nunc Milo exul, res nouas in Brutio moliens, in Brutio agro opprimitur. *Dio. lib. 42. Cæsar lib. 3. belli ciui. & Euseb. in Chro.*

DE AERA ANTIOCHENÆ.

Computum, & Aeram libertatis Antiochenium, consignat *Eusebius in Chron.* ad annum 1. Olympiadis 183, simul cum Pharfalica clade. *ab hoc inquit, anno Antiocheni sua tempora computant* Τὴν αὐτονομίαν Χρηματισμὸς ἐστὶ, *ut ex Euagrion dixi qq. cap. 19. num. 29.* quo nempe anno aliquot indictionibus leuauit Antiochenos Cæsar, ipso secundum consule, remissis tributis in 15 aut 30 annos, vt obseruauit tandem *Scaliger ad annum Euseb. 2293.* qui auctor passim definit hanc Epocham Antiochenam antiquiorem esse Epocham Christi Dionysiana annis 48. vt mirum non sit eundem in libro de emendatione, consignasse Epocham Dionysianam, vno vel altero anno posteriorem, quam sit altera & antiquior Christi Epocham, ad quam à tertio consularu Cæsaris numeramus nos annos Iulianos 43.

Huius Antiochenæ, aut si mauis Cæsarianæ Epochæ frequens mentio est apud *Euagrionem*, in consignatione temporis: & coepit triennio ante primas Kal. Ianuarii Iuliani. ac proinde subductis rectè per fastos & consules, annis vrbis, erunt ab hoc Antiocheno initio ad priorem quam sequor Christi Epocham, anni 46. & ab eodem initio ad secundum Probi annum, anni 325 vt numerat *Eusebius in Chron.* subducendo enim 46, ab annis Antiochenis 325, supererit annus Christi 279, ad quem locauimus annum Probi secundum. Porro iniri hinc facillè potest recta annorum ratio ad Antiochiæ terræmotum & Pedonis consularum *de quo ad annum Christi 117. & III.* Et sic demum per reliqua à Christo tempora excurrere inoffenso pede licebit, dummodo à veriore Christi Epocham non aberret calculus. Profert *Scaliger ad annum Eusebii 1969* veterem inscriptionem de Ceionio Rufo Albino consule, anno Antiocheno 380. sed si quæ iam commemorauimus ritè expendantur, nihil habetur ex illo marmore aduersus eam quam do rationem temporis.

3957

17

6

Cleopatra
solæ.

Consules Q. Fufius Calenus, & P. Vatinius. hos edunt *Cassiodorus, fasti & Dio.* Cæsar iterum Dictator dictus est. Antonius vero Mag. equit. *Dio* scribit hos paucis diebus gessisse consularum.

706

730

183

2

Bellum hoc anno gerit Cæsar ad Alexandriam hyeme, inops rerum omnium & imparatus, ex *Suctonio*. Varia adiuit in hoc bello discrimina; suscepta, quod pacis condiciones inter Ptolemæum regem puerum, & Cleopatram sororem à Cæsare editas, non sint admittæ ab his qui regias partes tuebantur. tandem cæsar summo prælio victor, Cleopatram, quibus volebat legibus regno præfecit. Ptolemæi cadaver in Nilo inuentum. *Euseb. Eutrop. Hieronymus*. Inde digressus, in Ponto bellum gessit cum Pharnace Bosphori rege magni Mithridatis filio, qui Romanas prouincias inuaserat. Sed victus à Cæsare Pharnaces est, & breui postea necatus. eà celeritate vicit Cæsar, vt scripserit se eadem hora venisse, vidisse, & vicisse. *Dio. Appian. Plutar. Cæsar, Hirtius*. Cæsar exeunte hoc anno Romam venit designandus insequenti anno consul. *Plutar.* at quod addit *Dio*, Cleopatram etiam Romam venisse, iure improbat *Scaliger ad Eusebium*.

Cicero hoc reipub statu Tusculi Philosophiam docet, & scribit quæstiones Tusculanas, Academicas, de officiis, de finibus & diuinatione. Quando etiam dixit pro Ligario, Marcello, & Deiotaro Galatiæ rege.

Hircano ob missas tempore belli Alexandrini copias duce Antipatro, confirmatur Pontificatus, & Antipater Iudææ procurator à Cæsare constituitur. *Iosep.*

3958 18 7

Consules, C. Iulius Cæsar tertium, & M. Æmilius Lepidus. Sunt qui scribunt Cæsarem cum consulatu Dictaturam etiam hoc anno gessisse. ita *Dio lib. 43*. Alii Dictaturam huius anni non recipiunt. *In quibus est Onuphrius*. Cæsar mense Ianuario in Africam transportat exercitum contra Scipionem, Catonem & Iubam Mauritaniam regem. Victi à Cæsare hostes. Cato Vtica voluntaria morte interit. Idem accidit Scipioni. Catonis filio data venia. Cæsar Romam deportauit exercitum. *Appian. Dio. Hirtius*. Numidia facta Prouincia, ex *Appian. Hirtio, & Velleio*. Triumphat Cæsar de Alexandria, Ponto, Africa & Gallia quatuor triumphis. *Dio, Plutar, Appian, & Sueton.*

707 731
183
3

Annum reformat Cæsar hoc tertio consulatu, vt author est Censorinus; adhibitis in re Mathematica viris doctis, & Sofigene præsertim, de quare mox plura.

3959 19 8

Consules, C. Iulius Cæsar quartum, at sine Collega. Sub finem anni substituit in consulatu Fabium maximum & Tribonium. Ex hoc anno vt ait *Dio*, Honorarii consules creati cœpti sunt, & sæpe paucorum vel mensium vel dierum. In quos leguntur Ciceronis scommata. *Signon. ad hunc annum.*

Cæsar hoc anno bellum gessit in Hispania cum filiis Cn. Pompeii, omnium quæ antea gesserat acerrimum. Cæsari hæc pugna ad Mundam urbem vltima fuit. sed omnium difficillima, & vt ferunt in omni vita fuit quinquagesima. Euasit Sex. Pompeius fratre occiso. Cæsar vniuersa recepta Hispania, omnibusque confectis ciuilibus bellis Romam discessit. vbi triumphauit de ciuibus captis. quod populo Romano grauissimum visum est. *Dio. Appian. Hirtius. Plutar.* Scribit *Velleius* Cæsarem rediisse Romam mense Octobri. De Anticato quem in Catonem edidit Cæsar, lege *Plutar.* in Cæsare. Ventidius hoc anno missus à Cæsare domat, rebellantes Illyrios. *Appian.*

708 732
183
4

DE ANNO IULIANO.

Qualis sit anni huius Iuliani ratio, iubente Iulio Cæsare adiuuenta anno proximè præcedente, expositum satis est *qq. c. 19*. hic eius initium collocandum est. eritque his vrbis & orbis an-

Annus Iulianus
I

nus, excurrēs, ille qui primus Iulianus dicitur, sed à Kal. Ianuarii incipiens. Quam Iulianam anni publicationē Scaliger de Emend. lib. 4. c. de anno Syrogræcorum Iuliano, notat factam annis 45, ante Christi annum primum Dionysianum. ac proindē illi auctori, ad annum Dominicū vulgarem, vt ibidem loquitur, tantum erunt anni 43. vti docent quæ cōmemorauī de æra Antiochena ad annū vrbis 705. an vero quod ibidē subiūgit, Antiocheni etiā ab hac Iuliana editione annos suos putare soliti fuerint, non est huius materiæ quæstio. Cæterum rectē locari primum Iulianum annum, ad annos hic in margine appositos, vrbis & Iphiti; satis docuit *Censorinus*, qui annū Iphiti 1014, componit cum anno Iuliano 283 à Kalendis Ianuarii. Quod planē nostris annis conforme est, vt tabula habet posita initio Tomi secundi, cap. 12. Ibidem c. 10, satis hæc temporis ratio comprobata est. & quā rectē hinc ad Dominicum annum vulgarem sint anni 43. ad Dionysianum plures.

Consules *Cæsar quintum, & M. Antonius. Dio. Appian. Fasti Siculi, Cassiodor. & Plutarchus*, qui tradit Cæsarem quintum consulem, coaptasse sibi collegam M. Antonium. & postea sibi suffecisse Dolobellam. Addunt tamen *Appianus, & Velleius*, non iniisse Dolobellam nisi occiso Cæsare. Dictator quantum, scribitur à plerisque Cæsar hoc anno. Ab aliis quintum. Visus est sic Dictaturam perpetuam & Monarchiam affectare. Ac demum facta auctoribus Bruto & Cassio conspiratione, Ibidem Mart. In curia Pompeii, 23 vulneribus occisus est. Occupant percussores capitolium, sed acceptis obsidibus Antonii & Lepidii filii à Capitolio descēdūt. Dictatura in perpetuū Antonii consulis lege, sublata. Quā tunc solis defectio ē accidisse colligunt aliqui ex *Virgilio*, plures solis pallorem insolitum interpretantur. Octavius Iulie sororis, Cæsaris nepos Romanam ex Epiro reuersus, nomen Cæsaris ex testamento assumpsit. interim Antonius impotenter omnia agens, in se Octaviū concitauit. Brutus cui obtigit Gallia, vt irrumpenti in eam Antonio obsisteret, substitit Mutinæ cum exercitu. *Appian. Dio. Plutar.* Sic parum ad pacem Reipub. profuit *ἀμνηστία* à Senatu proposita suatore Cicerone: cuius auctoritas tunc in vrbe si vnquam magna erat. reprehensum à Bruto eius erga Octaviū studium immoderatum. Habet Philippicas. Ex quibus 2, dicta est 13. Kal. Octob. Sextus Pompeius, magni Pompeii filius, qui Hispanica clade euasit, collecta classe maris imperium obtinuit, & positus Sicilia, eam vsque ad obitum retinuit. *Dio. Appian.* Antonius Quintilem mensem, Iulium vocandū decernit. *Euseb.* Masachus Iudæus indignè ferens omnia geri ad nutum Antipatri, cum veneno sustulit è medio. Sed Postea Masachus ab Herode Antipatri filio (cui pater commiserat Galileæ administrationem) occisus est. Interim Antigonus Aristobuli filius Iudæam occupare contendit. Sed hic etiam ab Herode tandem pulsus. *Iosep.*

Consules *A. Hirrius, & C. Vibius Pansa Capronianus.* His consulibus Solinus & Rufus dant annum vrbis

3960

20

9

2

709

733

184

1

3961

21

10

3

710

734

184

2

710. Bellum in Antonium authore Senatu decretum. summo prælio aduersus Antonium pugnant consules. Antonius victus, amisso exercitu profugit in Galliam ad Lepidum: sic soluta Mutinēsi obsidione Brutus liberatur. Et mortuis breui ex vulnere duobus consulibus, Octauio remansit victoria, & cōsulatus. *Appian. Dio. Cæsar, inquit Suetonius*, hunc consulatum vigesimo ætatis anno inuasit, admotis hostiliter ad urbem legionibus. reconciliatisque sibi Antonio & Lepido, Q. Pedium sibi Collegā subrogauit. *Dio. & Appianus.* consulatū iniit Cæsar, pridie quàm 20 annos impleret, 10 Kal. Octob. *Velleius.* Licet Sextilem mensē notet *Dio.* ab hoc cōsulatu sunt anni 36. ad consulatū Cēforini.

Octauius iubet Q. Pedium Collegam legem ferre de habenda quæstione in percussores Cæsaris. Qua lege postulati Cassius & Brutus, absentes damnati sūt. & cū nec Brutū qui Macedoniam, nec Cassium qui Syriā, ex Senatusconsulto obtinebant, armis vlcisci posset, ipse Octauius, M. Antoni⁹ & M. Lepidus in agro Bononiēsi *ex Dio.* aut Mutinēsi, *ex Appiano* cōgressi, Triumuiros reipub. Constituēdæ causā, se cū sūmo imperio in quinque niū renūciāt, diuisis inter se prouinciis Hispaniæ, Galliæ, & Africæ cum Sicilia, quæ tertia pars obuēnit Octauio: edita ciuium & inimicorum porscriptione. In quibus erat Cicero petente Antonio. *Dio. Appian.* Occisus Cicero in suo Formiano 7. Decemb. ab Herennio, & Popilio Legionario milite, anno ætatis 63. caput cum manu dextra in rostris positum est. *Euseb. Chron. & citati authores. addit Val. max. lib. 2. c. 4.* Cæsū in villa Caietana, & quod habet *Plutarchus* Καρίλας, Scaliger *Karilas* legēdū putat. Inierūt hi Triūuiratū 5. Kal. Decē. 6. vt ex lapide Colotiano profert *Sigon.* L. Munatius Plancus Rhetios rebellantes iterum subiugat, qui etiam tūc Lugdunum in Gallia condidisse dicitur. *Dio.* post 100 annos deflagruit. *Senec. in Epist.*

Cæsar inito Triumuiratu sponte se abdicat consulatu. suffectis Ventidio & Caritate. *Dio. & tabula Colotiana.* vbi hi suffecti nominantur consules. Hinc numerantur vt dicam, anni Augusti.

DE AVGVSTI INITIO

& Epochæ.

Consules M. Lepidus Triumuir secundum. & L. Munacius Plācus. Octauius ex Apollonia Epiri Romam reuersus, statim vt dixi in nomē patris lege transfuit, atque ab eo tēpore ab omnibus C. Cæsar est appellatus. Nec desūt qui eum ab eodem tempore vocatum putāt Imperatorem. Longē tamē æquiore ratione nō nisi post initum Triumuiratum, & suscepta

3961

22

II

August.

I

4

711

735

184

3

tunc potestate cōstituendi Remp. sunt eius anni, quos hic putare incipimus, numerandi: vnde ad Christum excurrent anni 40. Si vero agatur de plenè constituto Imperio Romano & Monarchia; rectius huius rei initium ab Actiaca victoria ducendum est.

Brutus & Cassius comparato in oriente exercitu, in Macedoniam vbi Cæsari & Antonio Triumviris occurrerent traiecerunt. Ad Philippos castra vtrinq. posita. primo congressu Brutus Cæsarem, Antonius Cassium repulit, captis hinc inde castris. Postea Cassius, cum Brutum (quē cecidisse in acie putabat) cum equitatu redeuntem longè conspexisset, suspicatus esse hostem, liberi manu sibi mortem intulit. breui postea Brutus altero prælio victus finivit, & ipse vitam. His rebus ita gestis Numidiam & Africam Lepidus, Cæsar Europam & Romam, Antonius Asiam regendam assignavit. Appia. Vellei. Plutar. Dio. Eutrop. Ofor. Amyntas ab Antonio Galatiæ Tetrarchiam vnam accepit, ademptam Deiotaro ut ait Dio.

Consules L. Antonius Pietus, & P. Servilius Vatia Isauricus secundum. Fulvia vxor Antonii discordiam inter Triumviros ob agrum ab Octavio diuisum veteranis excirauit. resque tandē in apertum bellum exarsit. Hunc agrum promiserat veteranis Octavius in castris Philippicis. Antonius consul triumviri frater, consilio Fulviæ (ager enim ad Triumvirū pertinere dicebatur) arma mouet. Perusiæ res gesta, ibi vntonius coactus est in deditionem venire, Perusia diruta. confectumque à Cæsare bellū est sine sanguine, Caluino & Pol. Coff. Sueton. Dio. Appian. Fulvia hæc vxor M. Antonij, erat socrus Cæsaris. Clodia enim eius filia Cæsari nupserat sub initium triumviratus. Hoc bello Perusino inchoato, Clodia adhuc virgo, a Cæsare repudiata est. Authores citati, & Plutar.

Pacorus, Parthorū regis filius in Iudæā cum venisset hoc anno, dolis captum Hircanum, misit ad Phraatem regem Iudæam Antigono tradit, Aristobuli filio. Herodes Romam profugit, Hircanus apud Parthos in honore habitus est annis aliquot. Ita Ioseph. lib. 14. c. 24. & 25.

Tempore belli Perusini, quando Augustus iussit diuidi veteranis agros, scripta videtur prima Virgilij Ecloga. Anno insequenti consularum gerit Pollio, de quo Virgilius Ecloga quarta.

Æra Hispanica hic fortè sedem & primum suum habet annum. Æræ nomine intelligitur annorum computus. Habuerunt & aliæ nationes suas etiam Æras, ne quis putet Æræ nomen Hispanicum esse. eius nominis ἀρχαιολογία late expendit Scaliger de Emond. lib. 5. Ac quando cœperit Hispanica Æra, questionem habet

3903

Antigon^o
I

12

2

§

712

736

184

4

habet controuersam satis, an à primo anno Iuliano; an vero quod probabilius est à primo anno Augusti, quando uti sub finem anni præcedentis commemorauit, diuiso inter Triumuiros terrarum orbe, Cæsari obuenit quæ Hispanias habet, Europa. erit vero sic, annus iste excurrentis primus Æræ Hispanicæ, & ante Christum trigesimus octauus, compositus hic cum quinto Iuliano. Hos 38 annos ab hac Epocha ad Christum notat *Idatius* Episcopus Hispaniæ, qui vixit sub Leone Imp. primo: & *Iulianus Pomærius Episcopus Tolet. lib. 3. contra Iudeos.* addit *Idatius* cœpisse Olympiade 185. quæ sanè hoc anno initium habet à Solstitio æstiuæ, iuxta temporis quam sequor rationem.

Quod vero suspicatur *Scaliger*, non nisi post deuictos Hispanos à Domitio insequētis anni consule, in vsu fuisse hanc Æram apud Hispanos, nō officit huic initio à me posito. qui enim missus à Cæsare Domitius, potuit Hispanis imperare Ærā à Cæsaris annis petita, potuit etiā Æræ principiū dare ab ipso Augustian. i. integro.

Cōsules C. Domitius Calvinus secundum, & C. Asinius Pollio. Antonius qui in Ægypto cum Cleopatra aliquādiu hæserat, audito bello Perusino festinabat iā eū ducentis nauibus in Italiā. *Eusebius in Chro.* hanc vocat secundā secessionē Augusti ab Antonio. cui volēs occurrere Fulvia, obiit Sicyone in Græcia. quo nuntio accepto, Antonius & Cæsar, positis armis redeūt in gratiam. & Octauia Cæsaris soror Antonio in Matrimonium data. tūc noua Imperii diuisione, quicquid vltra Ioniū mare erat versus Oriētē Antonio permissū est. *Plutar. Appianus. Dio.* qui narrat etiā pacē nūc inter hos duos Triumuiros & Sex. Pōpeiū qui præerat Siciliae cōpositā. Ambo excepti cōuiuio in rōpeianis triremib⁹. & perire poterāt si annuisset Pōpeius.

Herodes qui nunc Romæ hærebat, rex Iudææ renunciatur à Senatu, cōsentiētibus Triumuiris. Antigonus hostis populi Romani declaratus. *Ioseph. lib. 14.* qui notat hos cōsules & quartū annū à morte Cæsaris. Eosdem dat cōsules & sextū annū Iulianū *Scaliger de Emend. lib. 5.* sed ineptè *Iosephus* dat Olympiadē 184. qui enim Olympiadem citat absque notatione anni, solent illius Olympiadis annū primū intelligere.

Parthi iterū in Syriā duce Pacoro cum venissent, T. Didium ab Antonio Præfectum Syriæ profligant, magnasque occupāt prouincias. quas tamen postea in eos missus Ventidius recuperauit. *Plutar. & alii citati.*

Consules L. Marcus Censorinus, & C. Calvisius Sabinus. In Hispania rebellant Ceretani, in quos missus est Domitius Calvinus Proconsul. hostes bis prælio victi, ad iura Romanorum rediere. quem triumphasse notat *Dio.* Pollionē etiam de Dalmatis triumphasse scripsit *Horat.*

3964

2

13

3

6

713

737

185

I

Herodes Romæ Rex Iudææ.

3965

3

14

4

7

714

738

185

2

| Orbis | iudao. | Aegypti | Augusti. | 158 | PERIODVS 9. | Julia. | V. C. | Olymp. |
|-------|--------|---------|----------|--|-------------|--------|-----------------|--------|
| 3966 | 4 | 15 | 5 | <p>Ode. 1. lib. 2. nempe post captas Salonas Dalmatiae ciuitatem: susceptum eò anno filium, vocauit Salonium. Habent porro tabulae Capitolinae Pollionem de parthis triumphasse. Hos <i>Plinius</i> in Macedonia: <i>Strab. lib. 7.</i> in Epiro supra Apolloniam collocat.</p> <p><i>Consules Ap. Claudius Pulcher, & C. Norbanus Flaccus.</i> Octavius captata occasione bellum mouet aduersus Sextum Pompeium, minus probate Caesaris hoc factum Antonio. nauali praelio eoque graui res gesta est. victus Octavius classe eius fusa & fracta. Male usus victoriae Pompeius, hostem non est persecutus. <i>Plutar. Appia. Dio. lib. 48.</i> In Oriente Ventidius feliciter pugnat cum Parthis. De quibus etiam triumphasse scribunt <i>Plin. Dio. Gellius & Valerius.</i> Duobus praeliis hostem vicit occiso suprema pugna Pacoro rege. Hic Ventidius Picenus genere, in Pompeii Strabonis Asculano triumpho ductus cum aliis captiuis, nunc primus est qui de Parthis triumphauit, <i>authores citati.</i> Augustus Liuiam Drusi filiam antea Tiberio Neroni iunctam connubio, accipit uxorem.</p> <p>Herodis frater Ioseph, ab Antigono victo praelio, & occisus est. <i>Iosephus</i> nascitur Ouidi poeta.</p> | 8 | 785 | 739 185 3 | |
| 3967 | 1 | 16 | 6 | <p><i>Consules M. Vipsanius Agrippa, & L. Caninius Gallus.</i> Cum anni Triumuiratus quinque iam abiissent, Triumviri seiplos in alterum quinquennium renunciant, <i>ut scribit Dio.</i> idem ex Colotiano lapide habetur. Vix satis inter Antonium & Caesarem conueniebat, & alterius fides alteri suspecta nunc fuit. tam male per Octauiam rediere in gratiam. interim Octavius in Sex. Pompeium classe & bellum parat. <i>Dio.</i></p> <p>Herodes a scalonita Antipatri filius, anno 3. ex quo Romae rex creatus est, venit in Iudaeam. & iubente Antonio per Sosium militum Romanum in Syria praefectum, regno potitur: obsidetque Hierusalem, quam quinto postea mense cepit. Occisus breui Antigonus <i>Ioseph. lib. 1. belli c. 13. & Antiquit. lib. 15. c. 1.</i> & quicquid sit de consulibus quando inchoata est obsidio; saltem his & consulibus & annis hic notatis, vrbs capta est. Hos consules & excurrentem hanc Olympiadem <i>dat Iosephus</i>, cum capta vrbs est à Sosio & Herode. De mense captae vrbs quaestio est. <i>Iosephus</i> enim quartum anni mensem notat. Sed an à mense Nisan numerandum, an vero à Tisri, qui alteri Iudaico anno initium dabat, non explicat eò loci <i>Iosephus.</i> Grauior est authorum discordia de principio 37 annorum qui dari solent regno Herodis: an peti debeat ab anno sexto Iuliano, quando vocatus est rex à Senatu, an ab hoc anno Iuliano. an denique ab Actiaca victoria, anno Iuliano 25. ubi iterum de hoc redibit mentio. Caeterum reges Iudaeorum cesso Antigono nunc defecere, & Iudaeorum regnum ac Hierosolymorum ne-</p> | 9 | 716 | 740 185 4 | |

Herodes a capto Hierosolymis.

| Orbis | Iude. | Aegypt. | August. | PERIODVS 9. | 159 | Iuliani. | V.C. | Olympia. |
|-------|-------|---------|---------|---|-----|----------|-----------------|----------|
| | | | | rode rege facto restituitur, seu peregrinum inchoatur, praesertim à quo tempore coepit esse legitimus rex, quod suo loco notatur. | | | | |
| 3968 | 2 | 17 | 7 | <p><i>Consules L. Gellius Poplicola, & M. Cocceius Nerva.</i> Hoc tandem anno Sexti Pompeii classis profligata est à Cæsariana, duce M. Agrippa, ut narrat Dio. Coactus Pompeius relinquere Siciliam, venit in Asiam ad Antonium. Sed cum Antonium malè pugnasse audiuit cum Medis, parat ipse bellum in Antonium, captando foedus cum Parthis. ratus se Antonii imperium ad se facile translaturum. Verùm à M. Titio Antonii legato postea captus interficitur, sub consulibus insequētis anni. <i>Dio. Appian.</i> Pompeio fugato, M. Lepidum Triumvirum, superbientem 20 legionum fiducia, & bellum Cæsari mouentem, Augustus spoliavit exercitu, supplicemque concessa vita Circeis in perpetuum relegauit. <i>Inquit Suetonius.</i> idem habet <i>Oros. Dio. Appian. & Vellei.</i> vide tamen 3991.</p> | 10 | 717 | 741 186 I | |
| 3969 | 3 | 18 | 8 | <p><i>Consules L. Cornificius, & Sex. Pompeius.</i> ex <i>Cassiodoro & Fastis Siculis.</i> Dio. etiam dat L. Cornificium, & Sex. Pompeium Sex. F. Hoc anno occisus est Sex. Pompeius. Cn. F. Statilius Taurus iubente Cæsare Africam administrat. <i>Dio.</i> moritur Salustius historicus. uinebat cum Salustio Cornelius Nepos historicus;</p> | II | 718 | 742 186 2 | |
| 3970 | 4 | 19 | 9 | <p><i>Consules L. Scribonius Libo, Collegam L. Atratinum</i> dat <i>Cassiodorus.</i> Sed pro Atratio M. Antonium secundum, M. F. dant fasti siculi, & <i>Dio.</i> qui tamen addit Antonium se statim abdicasse suffecto Atratio. Leguntur alii etiã hoc anno suffecti. Triumphant hoc anno C. Sosius de captis Hierosolymis, & Norbanus de rebellante parte Hispaniæ. Augustus domitis Cisalpinis Gallis qui rebellabant transfert infesta signa in Dalmatas, quos deuicit facillè, <i>Dio. Appian. Zonar.</i></p> <p>Antonius Artanisdem Armeniæ regem fide publica ad se venientem, capit, & catenis aureis ligatum spoliat regno, quod Cleopatraz filio à se genito dedit. Mox triumphat Alexandriæ de Armenis victis, quam rem factam in patriæ opprobrium interpretati sunt Romani, non sine communi omnium offensione; <i>Dio. lib. 49. Velleius, & Plutar.</i></p> | 12 | 719 | 743 186 3 | |
| 3971 | 5 | 20 | 10 | <p><i>Consules C. Iulius Caesar Octavianus secundum, & L. Volcatius Tullus.</i> Cæsar post paucas horas hoc honore abiit, suffecto alio. ex <i>Suetonio. & Dion.</i> notant hunc urbis annum fasti Capitolini. Exarserunt tandem grauiores inter Cæsarem & Antonium inimicitiaz, & criminationes utrinque apud Senatum. dum Antonius posthabita Octauia, totus esse videtur cum Cleopatra. Ut prolixius narrat <i>Plutar. & Dio.</i> sequitur inde pugna Actiaca.</p> | 13 | 720 | 744 186 4 | |
| 3972 | 6 | 21 | II | <p><i>Consules Cn. Domitius Ahenobarbus, & C. Sosius.</i> Cæsar in annum sequentem designatus</p> | 14 | 721 | 745 187 I | |

3973

Herodes.
I

22

12

consul, hunc quidem exegit priuatus, transacto nempe iam quinquennio, quo secundum Triumuir fuit. Erant ambo consules Antonianarum partium. Sed cum Cæsar pluribus in Senatu in Antonium perorasset, ab utroque habetur ad bellum delectus. Antonio vitio datum est, & socordia quod cum paratior esset quam Cæsar ad bellum, & longè ampliores haberet copias, tamen tēpus dedit hosti ad parandā expeditionē. *H. ec Dio. & alii.* Floret nūc Dioscorides, Antonio & Cleopatraz familiaris.

Cōsules C. Iulius Cæsar Octavianus tertium, & M. Valerius Messala Corvinus. Quod autē Cassiodorus vocet secundum Cæsaris consulatū, est quia nō habet rationē cōsulatus, quē anno 3 Iuliano gessit cum Pædio, quia suffectus fuit.

ACTIACA PVGNA.

Cæsar contractis ex Africa, Hispania, & Gallia copiis in Epirum cum exercitu traiecit. Antonius cum Cleopatra ad Actium Epiri promontorium Cæsari occurrit. Victus Antonius, fugit sequutus præeuntem Cleopatraz in Ægyptum. Cum hæc victoria, annis hic notatis & 4. non. Septemb. reportatā; vniuersum Imperium Romanum ad Cæsarem recidit. Cæsar vbi castra habuerat, Nicopolim ædificat. *H. ec Dio. Item Sueton. Epitoma 122. & alii.* vltimum fuit hoc bellum cum ciuibus gestum. peracta pugna Cæsar Græciæ & Asiæ res componit, regressurus in Italiam exeunte hoc anno, vel ineunte proximo. Consentit hæc annorum ratio cum Ptolemæo Almagesti lib 3. c. 8. & Clem. Alex. 1. Strom. Qui ab excessu Alexandri magni ad Actiacam victoriam numerant annos 294. vnde etiam, & ex legitimo annorum consensu, habetur hunc septembrē mensem incidisse in Olympiadis 187 annum 3. ineuntem. exacto iam anno secundo à solstitio æstiuo. Et cum hic annus Iosepho sit Herodis septimus, rectè in sua opinione, dixit lib. ant. 15. c. 6. cœpisse Romanā Monarchiā anno Herodis septimo.

Sed quid ergo de illa quæstione indicata ad annum 9 Iulianum, an inde, an à sexto Iuliano, aut nunc à 15 sumendum sit regni Herodis initium. Sanè nullo modo à sexto Iuliano, at nunquid à nono & captis Hierosolymis vt ait Onuphrius. fortè non malè ab anno 15. & actiaca victoria. Nam si initium regni sumi debet ab authoritate conferentis illud, nemo ignorat minorem fuisse conferendi potestatem in Antonio, quam vel in Senatu qui ante cōtulit, vel in Augusto qui iā Monarcha esse cœpit. Adde cum aunc demū ab Augusto plenè imperante regnū acceperit Herodes; æquius esse, vt ob hoc beneficium ab Augusto cui hostis erat acceptum, Herodes annos regni numeret suos. nec parum ad hoc firmandū confert in nūmo Augusto, inscriptio ex vna su-

15

722

746

187

2

superficie KA ICAP ATTOYCT. ex altera IOTDAIAC EA ΛOKTI A C. verum vt in apparatu posterioris tomi dicā, nulli debet displicere Onuphrii sententia, de regni huius initio à nono anno Iuliano, & plena regni adepta possessione. idque ob rationes quæ ibi dabuntur in medium habes tamen, vt res probabilis est, annos Herodis hic recensitos ab ætiaca victoria. Occisus hoc anno putatur Hircanus Alexandræ filius, extincta in eo Machabeorum stirpe mascula. id Herodes egit, cum Cæsarem pro regno adire parabat. *Ioseph. an. lib. 15 c. 9.*

3974 2 13 23

Deficit regnum.

Consules C. Cæsar Octavianus quartum, & M. Licinius Crassus. Hunc Consulatum vt ait *Suetonius*, in Asia Cæsar iniuit, & media hyeme venit in Italiam *ex Dione*. addunt porro idem *Dio & Plin. lib. 22.* M. Tullium Ciceronem F. fuisse in parte anni Consulem cum Octauio. Cæsar ordinatis in Italia rebus, post morā ibi 30 dierum, properè reuertit in Asiam; & improvisò Pelusium Aegypti obtinuit: mox inito conflictu cum Antonio, noua ad Pharium potitur victoria. Kal. Sextilibus, *ex Orofio*, & Cæsare quartum consule, *ex vetere Chronologo apud Clementem*: Antonius rebus desperatis voluntaria morte periit. Et Cleopatra sentiens se ad triumphum seruari, admotis aspidibus sibi mortem intulit. Cæsar Aegyptum in formam Prouinciæ rededit; cui Præfectum imposuit Cornelium Gallum. *Sueton. Dio. Plutar.* subactam Aegyptum mense qui postea dictus est Augustus plures notant. quandiu steterit hoc Lagidarum regnum, facile ex annis huc vsque expansis constat. nummus Augustanus componit consulatum Augusti cum capta Aegypto.

16 723 747
187
3

3975 3 14

Consules C. Cæsar Octavianus quintum, & Sextus Apuleius. Scribit *Dio*, Sexto Consuli suffectum in partē anni Potitum Valerium. Narrat *idem Dio*, his Coss. Cæsarem tres egisse triumphos; primo die de Pannoniis, Dalmatis, Iapygibus & Gallis. Die altero ex Macedonia: Tertio ex Aegypto de Cleopatra. *idem* habet *Suetonius*. addit *Macrobius* Cæsarem sextili mense triumphasse ter, & ideo mensem eum postea dictum Augustum, anno Iuliano 38. est etiam apud *Dionem*, ætate ea qua Potitus consul fuit suffectus, Cæsarem venisse in Italiam, & triumphasse. malè ergo *Orosius* dat triumpho Ianuarium. Cæsar peracto triumpho, constituta iam repub. Ianum claudit. *vide an. V. C. 86.*

Ab hoc consulatu ducit initium primus annus Augustorum Ægyptiacus, mense Thoth

17 724 748
187
4

| Orbis. | Iudcoru. | August. | 162 | PERIODVS 9. | Iulianus. | V. C. | Olympia. |
|--------|----------|---------|-----|---|-----------|-------|-----------------|
| | | | | <p>qui Sextilem attingit. ex quo nempe subacta Ægyptus ab Augusto cæpit esse prouincia. quamuis non nisi Cæsare septimum consule dictus sit à Senatu Augustus. Hunc Augustorum annum Ægyptiacum obseruat Censorinus. Alius non malè colligitur à quibusdam Augustorum annus, sed Romanus dicendus, de quo ad annum Iulianum 19. Paudorus Ægyptius monachus eruditus qui floruit sub Arcadio, cum scribit anno Augustorū 22 correctum annum ab Augusto, numerat annos ab hoc Augustano Ægyptiaco.</p> | | | |
| 3976 | 4 | 15 | | <p><i>Consules Cæsar Octavius sextum, & M. Vipsanius Agrippa secundum.</i> Hic consulatus datus Romæ ludis à Cæsare celebris est, & triumpho Crassi, confecto bello cum Thracibus & Scythis. <i>Dio.</i> moritur Terentius Varro habitus Romanorum doctissimus.</p> | 18 | 725 | 749 188 1 |
| 3977 | 5 | 16 | | <p><i>Consules C. Cæsar Octavius septimum, & M. Vipsanius Agrippa tertium.</i> Hic est annus quo Cæsari confirmatum est Imperium. Ille de reddenda repub. consilium cum suis habuit. suadebat reddendam Agrippa, dissuadebat Mæcenas. huius vicit sententia. id ergo Cæsar agere cæpit apud Senatum ac populum, & obtinuit (plerisque præsertim extimescentibus damna ex populari statu) ipse vnus imperium, communicata cum Senatu & populo prouinciarum administratione. Et vt Monarchiæ suspicionem eximeret, potestate in rerū in decennium sumpsit. quod postea sæpius fuit prorogatum per quinquennia & decennia. hinc apud alios Imperatores solemnia quinquennia fuerunt, & decennia, ac si tunc imperium renouarent. ac tunc etiam posthabitis aliis quæ afferebantur nominibus, Augustum se dici passus est, adhibiti satellites vitæ custodes. firmatum nomen est ex Munatii Planci sententia, à Senatu. <i>vt scribunt Censorin. & Sueton.</i> De hoc etiam initio lege <i>Dionem & Eutropium.</i> gesta res narratur sub initium Ianuarii. <i>Quod habet Eutropius, & inscriptio Narbonensis.</i> Ab hoc porro consulatu Cæsaris septimo, initium ducit primus annus Augustorū romanus à Kal. Ianuarij: & de eodē hoc Augustorū anno loquitur <i>Censorinus nu. 65. & 66,</i> (quo cōsule Augustus Bissextum correxit) qui biennii notat discrimen inter duo Augustorū annorū initia. Hinc ad bissextum ab Augusto correctum sunt anni 20. & ab Augustano Ægyptiaco sūt anni 22. à qua posteriore Epochæ Ægyptiaca scribit <i>Scaliger ad an. Euseb. 1988.</i> Syderū motus & rationes Astronomicas putari. Hic annus est quo M. Vipsanius Agrippa 3. Consul Pantheon extruxit, Romæ, vt habet inscriptio templi M. AGRIPPA L. F. TERT. COS. FEGIT. meminit Dio.</p> | 19 | 726 | 750 188 2 |

| Orbis | Indeo. | August. | PERIODVS 9. | 163 | Julian. | V. C. | Olymp. |
|-------|--------|---------|--|-----|---------|-------|-----------------|
| 3978 | 6 | 17 | Consules C. Caesar Octavianus, Augustus octauum, & T. Statilius Taurus secundum. Referato Iani teplo geritur bellum Cantabricum. Dio. Suetō. Agrippa, septa in campo Martio dedicat. Cornelius Gallus poeta quod se malè gesserit in praefectura Aegypti iussus à Cæsare exulare, sponte perit. Euseb. chro. & Crinitus lib. 3. c. 42. Polemo Rex ponti in amicitia acceptus. Dio. | | 120 | 727 | 751 188 3 |
| 3979 | 7 | 18 | Consules C. Caesar Octavianus Augustus nonum, & M. Iunius Silanus Hunc consulum Augustus Tarraconē iniit ex Suetō. Mortuo nūc Amynta rege Galatiæ, cum Lycaonia redacta est in formā Prouinciæ. sed Phamphiliæ oppida ante permilla Amyntæ, sunt libertate donata. Getulix pars concessa Iubæ pro paterno regno. Rufus. Dio. Terentius Varro re benè gesta cum Salassis tributum eis imponit. Cæsare egrotante Tarracone Antistus & Carisus feliciter pugnat cum Cantabris, & Asturibus Dio. | | 21 | 728 | 752 188 4 |
| 3980 | 8 | 19 | Consules C. Caesar Augustus Imp. decimum, & C. Norbanus Flaccus. L. Aemilius missus à Cæsare in Cantabros & Astures iterū rebellantes, bellum ex sententia confecit, Dio. Aelius Gallus primus Romanorum exercitum duxit in Arabiam felicem, parū felici successu, Dio. Florent in Italia Virgilius, A finius Pollio. Messala, Varus, Plotius, & alii prestantis ingenii viri. Ouidius agebat annum 15. & moriente Virgilio vigesimum. Cæsar curat extrui in Hispania Augustam Emeritam, dictam à suo nomine, & quod data esset veteranis. Dionysius Afer suā sub Augusto Geographiam edidit. Volateran. in Anthrop. | | 22 | 729 | 753 189 1 |
| 3981 | 9 | 20 | Consules C. Caesar Augustus undecimum, & Cn. Calpurnius Piso. Scribit Dio Augustum Albanū profectum, se consulum abdicasse, & deinceps ab eo aliquandiu abstinuissē, vt consulum pateret aliis. Habet Capitolinū fragmentū Terentium Varronem Murenā inuissē consulum cum Cæsare. Murenæ in consulum mortuo suffectus videtur Calpurnius Piso. Augusto suffectus est L. Sestius. qui Bruti studiosissimus fuit. Augustus hoc anno laborauit morbo difficili, quo penè oppressus fuit, sed ab Antonio Musa sanatus. Eodem anno diem clausit Marcellus adolescens sororis filius, magnificè ab Augusto sepultus. Dio. | | 23 | 730 | 754 189 2 |
| 3982 | 10 | 21 | Consules Claudius Marcellus Aferuinus, & L. Atuntius. Murenæ coniuratio in Augustum hoc anno patefacta. Dio. Magnus annus Aegyptiorum cuius mentio, sit qq. c. 19. nu. 28. hoc anno intercalatione ἀποκατάστασις accepit, vt ait Pandorus Aegypti monachus, Astures & Cantabri mouentes reprimuntur per Carisū. Dio lib. 54. Cæsar repudiat Dictaturam oblatā. sed Tribunitiam potestatem admittit, & de- | | 24 | 731 | 755 189 3 |

| Orbis | Iudao. | Augusti | 164 | PERIODVS 9. | Iulias. | V.C. | Olympia |
|-------|--------|---------|-----|--|---------|------|-----------------|
| | | | | inceps retinuit, dato successoribus Imperatoribus exemplo cōiungendi cum Imperio Tribunatum. ita Dio agens de vndecimo consulatu Augusti : quem gessit anno præcedente. non conuenit tamen inter authores an ille prior annus, an vero qui nunc excurrit sit Tribunitiæ potestatis primus. illo quidem anno delata est. sed an illo vel hoc usurpata, incertū. Tacitus enim obiisse scribit Cæsarem anno 37 Tribunitiæ potestatis: authores vero Capitolini anno 36. | | | |
| 3983 | 11 | 22 | | <i>Consules Q. Aemilius Lepidus & M. Lollius.</i> Hoc anno Augustus Iuliam filiam M. Agrippæ collocauit. eundemque Romanæ vrbs Gubernatorem reliquit; quando hoc ipso consulatu abest occupatus in Iustradis prouinciis Orientis. Dio. in quo itinere Tyrios, Sidonios, & Cyzicenos libertate priuauit, ob cædem quorundam ciuium Romanorum, Dio. Zonar. Sempronius Atratinus triumphat de Africa ex tabulis Capitolinis. | 25 | 732 | 756 189 4 |
| 3984 | 12 | 23 | | <i>Consules M. Apuleius, & P. Silius Nerva.</i> Cæsari orientis prouincias Iustranti occurrit Herodes in Syria, quando accepit ab Augusto Trachonitidem, Batanæam, & Auranitidem; facta etiam potestate, vt quem vellet filium, faceret Herodem. <i>Iosep. antiq. lib. 15. c. 13.</i> Phraates Parthorum Rex placat Cæsarem, & datis obsidibus pacem constituit. <i>Iustin lib. 42. Dio.</i> | 26 | 733 | 757 190 1 |
| 3985 | 13 | 24 | | <i>Consules C. Sertius Saturninus laudatus plurimum in suo munere, & Q. Lucretius Vespillo.</i> Hoc anno, qui iuxta Iosephi Chronologiã est Herodis 18 excurrēs, ab actiaca victoria inchoatus 13: Herodes Dei templum Hierosolymitanum construere seu potius restaurare, & ampliore ambitu adornare ac munire parat. <i>ita Iosep. lib. 15. antiq. c. 14.</i> annis octo expletum opus est: eodem tempore turrim Stratonis restauratam dixit Cæsaream, <i>idem.</i> moritur nunc Virgilius Brúduſii <i>Euseb.</i> scribebat eclogas an. 712. V.C. In hūc annū Capitolini scriptores cōiiciunt, vt apparet, triumphum L. Cornelii Balbi de Africa. is enim Gadibus genitus, vt scribit <i>Solinus,</i> Garamantas primus subegit, & externorum primus triumphauit. <i>vide Plin. lib. 5.</i> Cæsar redit ex oriente Romam. | 27 | 734 | 758 590 2 |
| 3986 | 14 | 25 | | <i>Consules P. Cornelius Lentulus Marcellinus, & Cn. Cornelius Lentulus.</i> Hoc anno M. Agrippa gener Cæsaris, accepit tribunitiam potestatem in quinquennium. <i>Dio.</i> | 28 | 735 | 759 190 3 |
| 3987 | 15 | 26 | | <i>Consules C. Furnius, & C. Iunius Syllanus.</i> Tabulæ Capitolinæ consignant hunc consulatū ad annū vrbs 736. iisdē cōsulibus Ludos sæculares quintos factos narrant <i>Censorinus, & Dio. lib. 54.</i> Obseruat <i>Plin. lib. 7. c. 48,</i> ab his ludis esse annos 63, ad eos quos Claudius quartū cōsul exhibuit. & de quibus mētionē facio ad annū. | 29 | 736 | 760 190 4 |

| Orbis | Iudaorū. | ANNU. | Julian. | V.C. | Olymp. |
|-------|----------|-------|---------|------|-----------------|
| 3988 | 16 | 27 | | | |
| | | | 30 | 737 | 761 191 1 |
| 3989 | 17 | 28 | | | |
| | | | 31 | 738 | 762 191 2 |
| 3990 | 18 | 29 | | | |
| | | | 32 | 739 | 763 191 3 |
| 3991 | 19 | 30 | | | |
| | | | 33 | 740 | 764 191 4 |
| 3992 | 20 | 31 | | | |
| | | | 34 | 741 | 765 192 1 |
| 3993 | 21 | 32 | | | |
| | | | 35 | 742 | 766 192 2 |

Christi 49. quo quidem, nobis exit annus vrbis 798 & init 799. vnde facile constat ratio anni Pliniana.

Consules L. Domitius Ahenobarbus, & P. Cornelius Scipio. Qui Beatam Virginem obiisse scribunt anno ætatis 62, qui fuit Christi annus 48, fateri debent nunc naram. sed de eius ætate lege *Baradium Tom. i. lib. 6. cap. 14.* scribit *Dio* solenne quinquennium actum ob imperium Augusti. iisdem consulibus Augustus Galliarum prouincias lustrat vt indicat *Dio*.

Consules M. Linius Drusus Libo, & L. Calpurnius Piso. Bellum gestum cum Rhetiis & Vindelicis. victi hi primùm à Druso Tiberii fratre: deinde ab ipso Tiberio penitus domiti. *Dio. lib. 54 & Vellei.*

Consules M. Licinius Crassus, & Cn. Cornelius Lentulus Augur. Hic Cn. Lentulus deuictis Getulis, postea Getulicus est dictus. Scribit *Dio* hoc anno ab Agrippa subactos Bosphoros, qui mortuo Asandro Bosphororum rege, fuerant à Scribonio sollicitati. hic regnum occupauerat sine consensu imperatoris. non triumphauit Agrippa: imo addit *Dio lib. 54* nemini alteri dignitate pari, triumphum imposturum; sed triumphalia tantum ornamenta decreta.

Consules Tiberius Nero (qui post Augustum imperabit) & P. Quintilius Varus. Augustus ordinatis in Gallia & occidente prouinciis, compositisque rebus Romam venit, consule eodem Tiberio, Augusti priuigno. Post eius aduentum in urbem, mortuo Lepido Pont. Maximo (hic Triumuir fuit) Augustus in eius locum Pont. Maximus est factus. *Dio, & Suetonius.* signat *Ouidius l. 3. fastorū.* Prid. Non. Mar. aduertit *Scal. ad Enseb. nō* à Senatu, sed à collegio Pontificū creatū.

Consules M. Valer. Messala Barbatus Æmilianus, & P. Sulpitius Quirinus. Suffectos etiam consules habuit hic annus ex lapide Colotiano. Augustus in quinquennium moribus præficitur. & M. Agrippa diem clausit. *Dio.* hic vniuersum orbem in tabulæ formā descripsit. *Valater. in Geograp. lib. 13.* post Agrippæ obitum rebellantes Pannonii, à Tiberio subacti sunt. non tamen triumphauit, sed triumphalia ornamenta accepit. *Dio.* Iuliam nunc duxit Tiberius (Augusti gener factus) ab Agrippa viduam. Sicambri sollicitati à Gallis cum exercitu veniunt in Gallias. in hos missus Drusus feliciter pugnat. Herodes restorationem templi Zorobabelis nunc perfecit, & Romam profectus duos filios Alexandrum & Aristobulum, quos in urbem studiorum causa miserat, reducit in Iudæam. *Ioseph. vide qq. cap. 14. num. 21.*

Consules Q. Ælius Tubero, & P. Fabius Maximus. Sicambros & Socios rebellantes subegit Drusus anno precedente. Ac Frisiis ad amicitiam populi Romani adductis Romam venit his consulibus, & Præturam init. inde ad bellum reuersus, Vsiptarū agro vastato Vsiptetes debellauit, facta etiam irruptione in Sicambrorum regionē. triumphalia ornamenta accepit. Imperatoris nomen à militibus Druso oblatū; Cæsar non permisit. Drusum ne ouans postea ineat, mors prohibebit. eosdem honores accepit Tiberius, subactis Dalmatis & Pannoniis. qui iterum absente

| Orbis | Iudæo. | Augusti | 166 | PERIODVS 8. | Iulæ. | V.C. | Olympiæ |
|-------|--------|---------|-----|---|-------|------|-----------------|
| | | | | Tiberio rebellârūt. <i>Dio.</i> De Thracia & bello ibi gesto <i>Velleius.</i> & <i>Florus.</i> sed <i>Velleius</i> triennium dat huic bello, quod administravit L. Piso Paphiliæ gubernator. Est hic annus <i>Iosepho,</i> Herodis 28. cum quo comparat Olym piadem 192. <i>scribit enim lib. 16. cap. 9.</i> his annis ab ipso notatis perfectam esse Cæsaream. sed vel ex hac inepta annorum comparatione quàm vitiosus sit passim <i>Iosephi</i> calculus, nemo non facillè, si attendat, videbit. plura tom. 2. | | | |
| 3994 | 22 | 33 | | <i>Consules Iulius Antonius Africanus, & Q. Fabius Maximus.</i> Prodrunt <i>Dio</i> & <i>Suetonius,</i> hunc Iulium esse Antonii Triumviri filium, ad hunc ita scribit, <i>Horatius, Pindarum quisquis studet emulari, Iule ceratis ope Dedaleæ, nititur pennis.</i> Obiit eodem anno <i>Horatius ex Eusebio.</i> sed <i>Scaliger Eusebianus</i> notat esse biennii prochronismum. eodem hoc anno natus scribitur <i>Claudius Caligula, vide Suetonium.</i> | 36 | 743 | 767 192 3 |
| 3995 | 23 | 34 | | <i>Consules Drusus Nero, & L. Quinctius Crispinus.</i> Hic <i>Drusus</i> bellum aduersus Germanos trans Rhenum felicissimè gessit. scribit <i>Dio lib. 65.</i> hunc <i>Drusum</i> <i>Tiberii</i> fratrem, & <i>Augusti</i> priuignum, obiisse nunc consulem in Germania: & ipsum cum filiis Germanicum appellatum. Caterum obiit anno ætatis 30 ex <i>Velleio,</i> ex fractura collapsa super crus equo. finitur <i>Historia Liuii</i> in huius <i>Drusi</i> morte; ut ex <i>ultima epitoma ubi hoc narratur constat.</i> <i>Augustus</i> vitricus supremo funeri plures addidit honores. | 37 | 744 | 768 192 4 |
| 3996 | 24 | 35 | | <i>Consules C. Marcus Censorinus, & C. Asinius Gallus.</i> <i>Augustus</i> in decem alios annos constituendæ reip. potestatem accepit. <i>Dio.</i> scribit <i>Censorinus</i> mensem Sextilem his <i>Coss.</i> dictum <i>Augustum,</i> in <i>Augusti</i> honorem. causam affert <i>Dio,</i> quòd eo mense præclara multa ei obuissent. <i>Augustus</i> hoc eodem consularu correxit bissextum. de qua re dixi supra ad annum <i>Iulianum 19. & qq. cap. 19.</i> Moritur <i>Mæcenas</i> <i>Augusto</i> à consiliis. <i>Dio.</i> <i>Tiberius</i> strenuè se gerens in Germania <i>Sicambros</i> diris afficit cladibus. & vestigales factos scribit <i>Velleius.</i> addit <i>Corn. Tacitus</i> deletum penè <i>Sicambrorum</i> nomen. | 38 | 745 | 669 193 1 |
| 3997 | 25 | 36 | | <i>Consules Tiberius Claudius Nero secundum, & Cn. Calpurnius Piso secundum.</i> Scribit <i>Suetonius</i> <i>Tiberium</i> gessisse consularum tribus mensibus. <i>Tiberius</i> re feliciter gesta anno antecedente cum Germanis, nomine Imperatoris ab <i>Augusto</i> qui in Gallia manebat ornatus est. & acceptis <i>Augusti</i> ad Senatum literis, triumphat hoc anno ex <i>Dione</i> & <i>Velleio.</i> Scribit etiam <i>Suetonius</i> & curru & ouantem vrbe exceptum. | 39 | 746 | 770 193 2 |
| 3998 | 26 | 37 | | <i>Consules P. Lælius Balbus, & C. Antistius Vetus.</i> <i>Augustus</i> <i>Tiberium</i> & <i>Priuignum</i> & generum suum, hoc anno affecit honore <i>Tribunitiæ</i> potestatis. quod factum à <i>Cæsare</i> scribit <i>Dio,</i> ut duos nepotes suos <i>Caium</i> & <i>Lucium,</i> se parum modestè gerentes, redderet modestiores. eadem <i>Tribunitiam</i> potestatem nunc <i>Tiberio</i> datam affirmat <i>Velleius.</i> & fati indicat <i>Sueton.</i> adhærebat <i>Tiberio</i> <i>Thrasillus Astrologus,</i> prænuntius eorum omnium quæ postea <i>Tiberio</i> adueniunt. <i>Dio. Euseb.</i> Missus est in orientem <i>Tiberius</i> ad recipiendum <i>Armeniã,</i> mortuo <i>Tigrane.</i> & mox | 40 | 747 | 771 193 3 |

| Orbi | Iudaeorū. | Angu. | PERIODVS 9. | 165 | Julian. | V.C. | Olymp. |
|------|-----------|-------|--|-----|---------|--------------------------------|-----------------|
| | | | <p>ed etiam submissus Caius Augusti nepos. recepta Armenia est <i>ut narrat Dio</i>. Apud Rhodios hæret Tiberius gemino agitatus dolore: quod nempe nepotes Augustus dixisset Cæsares, & de vxoris Iulix impudicitia. quam postea exulare iubebit pater, de qua re plura <i>Velleius</i>, & de Armenia <i>Dio</i>.</p> | | | | |
| 3999 | 27 | 38 | <p><i>Consules Imp. Cesar Augustus 12 & L. Cornelius Sulla</i>. Hunc 12 Consulatum dant nunc <i>Dio</i>, & <i>Plin. lib. 7</i>. Augustum etiam dant alii, sed sub alio consulatus numero, rectè <i>Suetonius</i> ab vndecimo cōsularu Cæsaris numerat annos 17, vsque ad hunc ineuntem consulatum. & rursus hinc biennium inserit ante consulatum 13 Augustus C. Cæsarem, vt ait <i>Zonaras</i>, virili toga donatum, principem iuuentutis designat.</p> | | 41 | 748 | 774 193 4 |
| 4000 | 28 | 39 | <p><i>Consules C. Calvisius Sabinus, & Passienus Rufus</i>. Qui honor anno antecedente habitus est C. Cæsari, idem nunc Lucio tribuitur. <i>Zonar.</i> hos Consules edunt <i>Cassiod. & Fasti Siculi</i>. Nullos expressit <i>Dio</i>.</p> | | 42 | 749 | 773 194 1 |
| 4001 | 29 | 40 | <p><i>Consules Cn. Cornelius Lentulus, & M. Valerius Messala, seu Messalinus Cotta</i>. Hos edunt Consules <i>Cassiodorus, Dio, Velleius, & Sueton.</i> Si Galba nunc natus est, vt ait <i>Suetonius</i>, & periit Imperator ac Consul anno ætatis 72 vt scribit <i>Dio</i>, sanè vt dicamus occisum anno Christi 71, numerandi erunt duo extremi anni. Angelus Gabriel mense Martio annūtiat Mariæ incarnati Verbi mysterium. <i>Luca 1</i>. Visitat mox cognatam Elisabeth, nascitur Baptista, ac demū felici partu editus est humani generis Redemptor 25 Decembris, vti initio posterioris tomi ex professo obseruo. Id biennio ante Epocham Christi vulgarem euenisse obseruat <i>Scaliger ad Eusebium</i>. Sed de hac duplici Epocham Christi, quæue sit huius temporis verior ratio, explicabunt illius tomi prolegomena. Accepti huius beneficii memoriã, recolere solet die 25. Martii Dei Ecclesia à primis tēporibus, meminit <i>Aug. 4. de Trinit. cap. 5. & 6. Synodus cap. 12. apud Theodor. Balsa</i>. Id ipsum testantur tot veterum de hoc mysterio hymni, & grauius scriptæ orationes. lege de hac re <i>Theodoretus Epistobam 25</i>.</p> | | 43 | 750 <i>iniens ab Aprile</i> | 774 194 2 |
| 4002 | | 41 | <p><i>DE CONSULIBVS ANNI INSEVENTIS.</i></p> <p><i>Consules huius anni prodit Dio, Augustum 13. & M. Plantium</i>. Hunc etiam Augusti consulatum 13 dat <i>Suetonius</i>. Imo & <i>Tacitus lib 1</i>. scribens Augustum æquasse Marium, & Valerium eorum, quorum ille septies, hic sexties Consul fuit. Colligi videtur ex <i>Velleio</i>, suffectum Plautio C. Caninium Gallum, scribit enim Augusto & Caninio Gallo consulibus, Iuliam filiam ab Augusto in insulam ob flagitium relegaram, idque accidisse annis 30 ante consulatum M. Vinucii, quem nos consulatum locamus ad annum Christi 32. constabitque sic ratio temporis Velleiana. putando hos 30 annos, exclusis extremis, tot enim sunt ab anno Iphiti 775, ad Iphiti annum 806. si medios annos tantum putes.</p> | | 44 | 751 | 775 194 3 |
| | | | <p><i>Laus Deo & B.V.</i></p> | | | | |



INDEX IN PRIOREM CHRO- nologiae tomum, in quo citatur solum vel annus orbis expansus; vel caput quaestio- num, quae hoc notantur charactere (qq.)

A



ARON, nascitur anno orbis ex-
panfo 2400. Moritur anno 2524.
Abacuc Propheta quando 3334. alius
est ille Danielis. ibidem.
Abaris Poetae scythia an. 3436.
Abdera vrbs, Democriti patria an

3349.
2830.
Abdon Dux Israel an.
Abdias Propheta 3222. annus difficilis ibidem.
Abefan iudex Israel 2813.
Abiam Rex Iuda filius Roboam 3016.
Abimelech iudex Israel, filius Gedeonis 2759.
Abner Semei Dux Iudeorum 3659.
Abraham nascitur 1978. annus eius 75. promissio & pe-
reginatio. 2053. profligatis regibus dat decimas Mel-
chisedecheo 2000. breui postea duxit Agar ancillam,
ibidem. circumciditur 2077. & Ismael annorum 13.
ibid. natus illi Isaac 2078. reliqua qq. c. 6. moritur
2153. An fuerit primo genitus disputatur qq. c. 5. num. 8.
Accusatus Cato quinquages. damnatus numquam 3856.
Achab Rex Israel 3057.
Achaia qq. c. 6. Achæus 2646. Achaia excutit iugum Ma-
cedonum 3721. Acheorum foedus & institutum egre-
gium 3724. mutant reipub. formam 3747. Achæi so-
cij populi Rom. 3806. bellum cum Romanis 3857.
subuigata Achaia à Romanis 3858.
Achaz Rex Iuda regnat 3239.
Achias Prophetat sub Roboam seu Achias 2999.
Achiaca victoria 3973. & qq. c. 18. eius chronologia ibid.
Achijs Nauis diuinator 3399.
Adam creatur 1. status rerum sub eo, & eius filij ibidem.
& qq. c. secundo. moritur 930.
Addo Prophetat sub Roboam 3005.
Æacides Rex Epirotarum 3692.
Ætiles curulus Romæ 3638.
Ad Ægos-potamos pugna Lylandri cum captæ sunt a-
thenæ 3599. & qq. c. 14. nu. 9. & appen. c. 18. nu. 10.
Egypti initia qq. c. 6. Dynastiæ priores 198. vide ver-
bo Dynastia. sub finem Dynastiæ 25. inducitur Ari-
stocratia 3298. 330. historia de rebus Egypti 3310. su-

bacta a Nobuchodonosoro 3393. & a Cæbyse 3478. de-
ficit à Persis 3512. Iterum debellata 3519. deficit ite-
rum 3540. domita 3543. 3548. vide qq. c. 6. Nectena-
bus Rex 3629. 3630. Theo 3635. Nectenabus iterum
3643. persis sub Ocho 3653.
Ægypti regnum post Alexandrum a Ptolemæo 3680.
Ptolemæus hic Lagi filius spoliat templum Hierosol.
3682. Philadelphus Rex 3718. 3720. Ptolemæus Ener-
getes 3758. Ptolem. Philopator 3784. Iudeos vexat
3786. Ptol. Epiphanes 3801. Ptol. Philometor 3825.
Ptol. Phisc6 3859. Ptol. Latur^o 3887. 3889. repudiat Cle-
opatram 3890. Alexander reuocatus 3905. Laturus re-
uocatus 3915. Ptol. Auleres 3922. Cato eo missus 3945.
Ptolemæus Romæ. 3946. regno restitutus 3947. Cle-
opatra 3952. Cæsar dat Alexandriæ pacem & leges
3957. Antonius triumphat alexandriæ 3970. deficit re-
gnum 3974.
Æmilij Paulus vir integer. ditat ærarium 3837. & 3844.
Æneæ nauigatio & successores regis Latini viq. ad Ro-
mulum 2820. 2823. 2825. 2828.
Ætopus 3435. &
Æra quid verb. Era. Aerarium populi Rom. 3837. 3847.
3943.
Africa circum-nauigata Rege Aegypti Nachaone 3365.
Agamemnon qq. c. 8. nu. 9. Rex Mycenarum.
Agathocles occupat Syracusas 3687. 3690. 3693. 8694.
moritur 3717. vide verb. Siculi.
Agefilus Rex Laced. Laudatus 1603. victoria 1608. victus
3609. obiisse tamen octogenarium noto ad an. 3643.
Aggens Propheta sub Zorobabele 3484.
Agis Rex Spartæ agefilai frater 3577. 3578. moritur an-
no 3603.
Agialea qq. c. 6. nu. 6.
Agnus loquitur 3214.
Agon gymnicus 3439.
Agrippa gener augusti ex Iulia 3981. obijt 3992. Geogra-
phus. ibid.
Alba longa cõdita ab Ascanio, inde Latini dicti albani vt
noto ad an. 2858. bellum illis cum Romanis 3336.
Albula mutato nomine vocatur Tybris 3085.
Albinus consul, qui grecè scipst historiam 3853.

| | | |
|--|--|-------|
| Alcibiades apud Athenienses 3583. conciliat Atheniensibus Argiuos 3585. Deficit ad Lacedæmonios 3589. & 3590. redit, sed ad exercitum 3593. 3594. 3596. venit tandem Athenas 3597. recedit 3598. occiditur 3600. vide qq. c. 10. nu. 9. | 17. nu. 9. & 10. & an. | 3692. |
| Aleimus armatur in Machabeos 3843. moritur 3844. | Annorum ratio apud Danielem | 3396. |
| Alemena qq. c. 10. | Anni expansi quomodo computandi qq. c. 1. & c. | 11. |
| Aletheon Crotoniates, philosophus 3350. | Anni chronologici quinam sint qq. c. 3. & c. | 11. |
